

num. 13. & 14. defendunt Innocentium, quia quamvis vera sit doctrina Hostiensis, quatenus air facilius granari secularis, quam religiosus, non obstat doctrina Innocentij, sed vtraque vera est; quia Innocentius in hoc solo air nullam inter vtroque constituit differentiam, quoad facultatem appellandi, quod ea solum vtroque concedatur, quando grauantur, cum quo stat sapies concedi secularibus, eo quod sapies granari possint. Nec etiam hodie dicitur esse differentiam inter vtroque, quoad hoc, quod si sententia etiam definitiua est notorio iure fulcita, non debet admitti appellatio, tam in secularibus, quam in regularibus, secus autem, ubi posset competere excusatio, aut non probatum probabo. Et idem tradit Abbas c. licet. num. 1. de offic. ordin.

105 Est tamen differentia quoad hoc inter causam correctionis, & alias, quod licet regulariter in appellatione a sententia definitiua, non fit opus exprimere causam, sed satis fit dicere, appello ab iniqua sententia. l. in fin. §. seg. ff. de appell. c. cum in Ecclesia. eo. tit. & c. eodem tit. in 6. At in appellatione definitiua in causa correctionis, & in omnibus aliis casibus, in quibus appellatio est interdicta, vt quoties committitur causa appellacione remota, est opus in ipsa appellacione exprimere causam grauaminis. Ratio est, quia in causis correctionis, & aliis prohibitis interdicitur appellatio regulariter, & solum admittitur in casu speciali, nempe cum modus exceditur; & ideo, cum ius ei appellacioni resistit, nisi in eo casu speciali, oportet eam causam specialem exprimere, vt appareat appellationem in casu concessio. Cum enim videat Index appellacionem interponi contra ius, debet in dubio presumere eam iniustam, & ideo, vt de eius iustitia constet, oportet causam exprimere. Atque ita docent Innoc. c. ad nostram. num. vlt. de appellat. & ibi Ioan. Ande. num. vlt. Anton. num. vlt. Abbas num. 8. & 9. Baldus num. 2. Decius in noua edit. num. 28. Francus num. 3. & 4. Præpositus fin. Felinus num. vlt. & latius idem Felinus multis aliis citatis, e. quoad consultacionem. num. 20. de senten. & re iudic. Idem Gloss. c. Romana. §. si autem, verbo mandatur, de appell. in 6. & ibi Franc. in fin. Dominic. num. vlt. Idem Francus c. cum specialibus. §. porro. num. 6. de appell. Idem Abbas c. consultui. el. 1. fin. de appell. Nauar. lib. 2. consiliorum, tit. de appellat. in 1. edit. conf. 2. num. 1. & num. 3. in 2. conf. 1. num. 1. & 3. Quare concludunt Abbas eo. c. ad nostram. num. 9. & ibi Francus num. 3. & 4. iudic. ad correctionem procedatur in iudicio, siue extra iudicium, siue appelleretur ante sententiam, siue post, esse necessarium exprimere in appellatione causam appellandi, nempe superiorem excedere modum. Insuper in impetratione literarum talis appellacionis oportet exprimere causam condemnationis, ne sint lubricitæ, quia ea expressa forsan Pontifex literas denegaret; & ita tradunt Innocentius, & reliqui in locis citatis in eo. c. ad nostram.

106 Dum autem dicimus in appellatione in casibus interdictis, opus esse causam exprimere, non ita accipiendum est, quasi expressio cause fit ita de appellacionis substantia, vt ob id omnino vana sit, nec causam deuoluat ad superiorem: sed est necessarium, vt Index a quo tenetur deferre appellacionem, cuius iurisdictio suspendatur, ea anim non expressa, poterit non obstante appellacione sententiam exequi. Ita docent Francus c. cum speciali. §. vlt. num. 6. de appell. & c. Romana. §. si autem, in fin. eodem tit. in 6. Felinus c. quoad consultacionem. num. 20. de senten. & re iudic. & ita Glossa eo. c. Romana. §. si autem, verbo mandatur, & Dominic. eo. §. fin. & Abbas c. consultui. el. 1. fin. de appell. & Decius c. ad nostram, in noua edit. num. 29. eodem titulo, caute tamen dixit, eadem iudici causa non expressa minime iudicem admittit appellacionem.

107 Sed superest discutendum, quid sentiendum sit attentis religionum priuilegiis, extant enim varia de hac re. Bonifacius VIII. statuit non licere fratibus Franciscanis a correctionibus Prælatorum eiusdem ordinis aliquamvis appellare, vt refert Sorbus in compendio pri-

uilegiorum Mendicantium, verbo appellare. num. 1. & Sixtus IV. concessit Augullinianis, & Carmelitanis, vt Generalis eorum possit suum munus obire, eiecitã quauis appellatione ab eis præceptis, monitionibus, ordinationibus, & mandatis, ac decretis, vt refert idem Sorbus ibi, verbo Generalis. num. 11. & 12. & Iulius II. prohibuit sub pœna excommunicationis fratribus, & fororibus ordinis Prædicatorum appellare a mandatis, & ordinationibus Prælatorum dicti ordinis, vt refert Sorbus ibi, verbo appellare. num. 3. & Paulus III. concessit Societati Iesv, vt non liceat a correctione regulari secundum ordinationem eius factæ appellare, nec posse per quemuis Iudicem appellacionem admitti, vt habetur in compendio priuilegiorum Societatis Iesv, verbo appellatio. §. 1. & ibi. §. 2. habetur, per priuilegium concessum Canonis sancti Saluatoris, nullis e Societate Iesv posse appellare ad quemcumque, etiam ad Pontificem, nisi de speciali eius licentia, ab infirmitatibus, ordinationibus, correctionibus, & mandatis Congregationis Generalis, aut Præpositi Generalis, aut aliorum superiorum, & appellationibus, & inde sequuta fore irrita; & eadem §. 1. refertur, per priuilegium Cisterciensibus concessum non licere appellare in Societate Iesv sub excommunicatione lata ipsi Pontifici reseruata, a reformationibus, seu correctionibus Præpositi Generalis, aut visitatorum quos ipse deputauerit, nisi a Generali Congregatione, & in casu denegate iustitiæ, aut pro notoria iniuria: & Sorbus eo verbo appellare, in suis annotationibus circa §. 1. refert Gregorium XIII. in quodam motu proprio anno 1575. Quoniam nostro pastorali, interdixit sub excommunicatione Pontifici reseruata, & aliis pœnis, fratribus Franciscanis de obseruantia ad secularia Tribunalia appellare: concessisse tamen eis appellationem ad Generalem, vel Protectorem, vel Pontificem. Atque similiter refert Congregationem Cardinalium edidisse decretum anno 1587. vt appellatio hoc ordine interponatur, a Guardiano ad Prouincialem, a Prouinciali ad Generalem, a Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem; & etiam refert hanc appellationem esse permittam a Sixto V. in motu proprio anno 1588. Ad Romanum, specialiter Pontificem.

108 Quæ quidem priuilegia merito, ac iure optimo religionibus concessa sunt, ac ab eis appellandi vsus exaluit, maxime ad externos Prælatos, vt ad Nuncium, & Pontificem, vt optimè inter ceteros docuit Sotus lib. 5. de iust. q. 6. art. 3. colum. penult. vers. ut verò feceratis, quem sequuntur Cordub. qq. practicæ. c. 2. num. 6. vers. 8. Aragon. 2. 2. q. 69. art. 3. col. ante penult. & ibi Salon dub. 2. Sayro c. in regia lib. 12. c. 17. num. 41. & 42. Manuel de ordine iudiciali. c. 13. num. vlt. & qq. regular. tom. 1. q. 29. art. 3. Valent. 2. dist. 5. q. 13. puncto 3. fin. & Bañez eo art. 3. fin. Et rat est ob bonum, & tranquillitatem, a honorem religionum, quæ in simplici quadam obedientia consistunt nec modicum hæc detrimentum patiuntur, quando religionorum cause extra priuatis patietes tractantur, a Iudicibus externis deferuntur, nec creditur facile e fore, vt omnēs superiores religiosi ita iniqui sint, vt grauem alicui illarum non auferant, & si aliquando, quod rarissime contingit, id accideret, damno huic priuato præponderat pax, ac commune totius religionis bonum, quod religiosi proprio priuato anteponeere debent, sicut quilibet cuius, est ad iudicem adeo perfectam ac religiosi non tenentur, debet priuatum suum bonum communi Reipublicæ postponere.

109 Sed difficultas est, qualiter intelligantur hæc priuilegia, ac religionum constitutiones, nimirum an interdiciant omnino religiosi appellationem: aliquid enim videtur significare. Dicunt enim religiosi per professionem hoc appellandi iure in sui fauorem introducto cessasse, quod ad seruandas constitutiones religionis se obligantur, quibus appellatio prohibetur. Quamuis enim ius naturale vniuersi appellacionem, qua se tenetur, concedat,

concedat, cum tamen eam non præcipiat, sed solum permittat, possunt religiosi huic iuri tenuitate; sicut & ius matrimonij, & proprii habendi iure naturali permittit, non tamen præcepta, per professionem a se abdicantur, nec hoc Pontificum auctoritati aduersatur denegata facultate ad ipsos appellandi: nam ipsi quoque tranquillitati religionum proficietibus, iuri huic cessant, approbantes religionum constitutiones, illique priuilegia concedentes appellacionem hanc interdiciunt. Ita docent Bañez, & Salon num. præcedenti allegati, Petrus de Ledesma 2. tom. summa. tract. 8. c. 24. immediate ante 8. conclusionem, fol. 778. Sed hoc non exhaure difficultatem; quamuis enim fatendum sit, religiosi quodammodo cessasse huic iuri, nimirum quatenus prædictæ religionis constitutiones, & priuilegia ius appellandi religiosi auferunt: at superest explicandum, qualiter ius hoc per illa ablatum sit, nimirum an in vniuersum, an potius in aliquo peculiari casu; & ideo Sotus, & Valentia num. præcedenti allegati concessere ad Pontificem posse appellari, & Aragon, Sayro, Manuel vtroque loco relati eodem num. præcedenti in solis causis leuibus denegant hanc appellacionem, eam permittentes in causis grauib. & omnes prædicti DD. solum appellacionem ad Prælatos externos vident reprobare: neque enim religionum decus, ac tranquillitas tantum detrimenti patiuntur causis ad eiusdem religionis superiores delatis. Immo, vt retulimus num. 107. fin. appellatio hæc ad superiores eiusdem ordinis religiosi permittit est, ac ipsi non auferentibus grauamen, ad superiores externos. Quare non intelligo quod ait Syluest. verbo appellatio. q. 7. num. 9. vbi postquam dixit, integrum esse religiosi appellare, si in correctione modus excedatur; id limitauit dicens, non appellandum ad Prælatos intra ordinem, sed extra, quando constitutiones a Pontifice approbatæ appellacionem interdiciunt. Hoc, inquam, non intelligo, quia multo maius damnum religioni sequitur causis ipsius extra religionem deductis; quare constitutiones hoc potius interdixere, vt ex DD. allegatis constat.

110 Quare dicendum est, ea priuilegia & constitutiones denegantur religiosi appellationem, intelligenda esse eo modo quo ius commune eam denegans, intelligendum esse diximus num. 102. nempe, quando Prælati religionum corrigentes, aut punientes religiosum non excedunt limites religiose discipline, tunc enim minime grauant: secus quando grauant, eos limites prætergrediendo. Ratio est, quia eodem tenore, eademque verborum forma, eademque vitandæ religionum perturbationis ratione, ius commune, & constitutiones priuilegiæque appellacionem hanc interdixerunt. Nil ergo mirum si eodem modo intelligenda esse dicamus. Atque ita docent Nauar. commentar. 3. de regularib. num. 5. 1. ad 1. & lib. 2. consiliorum, tit. de appellat. in vtraque edit. conf. 4. n. 5. Azor lib. 12. in sum. cap. 11. q. 8. Manuel qq. regul. tom. 1. q. 29. art. 2. Sayro. clausis regia lib. 12. c. 17. num. 38. Sed contra hoc fortiter obitare videtur, quod priuilegia in dubio aliquid vltra ius commune operari debeant. c. Abbate, de verb. significac. Sed facile posset responderi, id quidem regulare esse, aliquando tamen nihil nouum continere: sed maioris expressiois gratia concedi, vt probauimus lib. 2. de matrim. disp. 57. num. vlt. ad vltimum. Quamuis autem solutio hæc planè satisfacere videatur; at existimo aliquid nouum continere priuilegia hæc, & constitutiones: nam attempo iure communi, non solum conceditur appellatio quando grauamen est certum; sed etiam quando est dubium: & solum denegatur quando appetit constar nullum esse grauamen, vt constat ex cap. cum speciali. §. porro. de appellat. & ibi tradunt DD. ex Syluestro verbo appellatio. q. 11. num. 13. At priuilegia religionum, ipsarumque constitutiones a Pontifice approbatas, dum religiosi appellare interdiciunt, hoc amplius continere credo, nempe vt ipsi appellare non permittatur, nec ea appellatio suspendatur, quando excessus Præla-

Summa Th. Sanchez, pars 111.

torum manifestus non fuerit: hoc enim pax, simplicitas, & obedientia religionum postulat; quæ bona dicta priuilegia, & constitutiones spectant. Quando autem non est locus appellacioni, potest ille religiosus causâ querelâ ad superiorem accedere; vt bene docet Nauar. lib. 2. consiliorum in 1. edit. tit. de senten. & re iudic. conf. 2. n. 8. in 2. tit. de appell. conf. 5. n. 8. Manuel de ordin. iudic. c. 13. num. 4. & qq. regular. tom. 1. q. 29. art. 2. Sayro. lib. 12. clausis regia. cap. 17. num. 38. sine. At hæc querela non suspendit iurisdictionem Prælati inferioris donec inhibeatur.

Demum superest tractandum de facultate recusandi Prælatos regulares. Eos enim non posse reculari tradunt Gloss. fin. c. ad nostram, de appellat. & ibi Hostiensis. num. 9. per c. cum speciali, in fin. cod. tit. vbi cum duo statuisset ille textus, nempe qualiter Index reculari, & ab eo appellari posset, subiunxit hæc. Ceterum has duos constitutiones premissas volumus ad regulares extendi contra suas speciales obseruantias. Vbi Innocent. num. penult. Ioan. Ande. fin. Abbas fin. Præpositus fin. Alex. de Neuo fin. dicunt per illud pronomen (has) relationem fieri ad proximas constitutiones, nempe de appellacione, & reculatione. Idem constat ex c. super eo. el. 2. cod. tit. ibi. Vbi appellacionis remedium tollitur, sicut appellacionis, ita recusatationis non est aequaliter de ferendum. Cum ergo constitutiones religionis, & priuilegia denegent religiosi appellationem; denegabunt subinde recusatationem. At dicendum est, in hoc æquiparari recusatationem, & appellacionem, vt neutra abque causa liceat; & constitutio illa edita d. c. cum speciali, non extenditur ad regulares, quatenus extensio impedit eorum correctionem iuxta regularia instituta. Quare quando superior valde suspectus crederetur, excessusque ob passionem, posset reculari; sicut in hoc casu potest ab eo appellari, vt diximus num. præcedenti. Et ita docent Hostiensis eo. c. cum speciali, num. vlt. verb. extendi, & ibi Ioan. Ande. n. 18. Antonius fin. Bellamer. num. 14. Abbas ibi §. porro. num. 3. Alexand. de Neuo cod. §. num. 8. Præpositus in fin. Francus num. 4. Hoc autem temperant Hostiensis, Ioan. Ande. Anton. Bellamer. Franc. ibidem, quando processus Prælati esset extra iudicium; nam quando iudicialiter procederet, liceret semper ipsum reculari, eodem modo quo secularibus licet: sicut idem sentiunt de appellacione, vt retulimus num. 103. At sicut ibi limitationem hanc in appellacione reprobauimus, dicentes idem sentiendum esse de vtroque processu, si militer reprobamus in reculatione, dicentes omnino idem vtrius modo procedat Prælati: & ita docent Abb. Alex. de Neuo, & Præpositus ibidem. At sicut num. præcedenti fin. diximus appellacionem non concedi religiosi, nisi quando manifestus est Prælati excessus: ita nec reculari concedenda est, nisi quando manifesta est causa suspicionis Prælati, cum textus d. c. super eo. æquiparet reculationem, & appellacionem, & vtraque tranquillitati religionis æque aduersetur.

CAPVT IX.

De religiosi a religione eiectis, ad quid obligentur, & quæ potestas sit Prælati regularibus in illos.

SVMMARIVM.

- Quotuplex questio disputanda sit. n. 1.
An professi possint expelli a religione referuntur quadam sententia. n. 2.
Explicatur sententia authoris. n. 3.
Quando religiosus dicitur incorrigibilis. n. 4.
An isti incorrigibiles possint expelli. n. 5.
An moniales etiam possint expelli a monasterio. n. 6.
An religio expellens profissum absque iusta causa, peccet contra iustitiam. n. 7.

An professus hic possit compellere monasterium, ut ipsum admittat. & aliat, expensis, ad lites necessarias contribuat, & an requiratur ad id possessio monachatus? m. 8. An monachus alens possit petere ad monasterio alimenta? numero 9. An monachus possit agere in iudicio ad id? n. 10.

Primum disputandum est de eiectione ab aliis religionibus, depra Societate I 35 v, & de iure expellendi eius inherenti; deinde de eiectione Societate I 35 v: & ideo quadruplex est questio disputanda. Prior est de facultate omnium religionum expellendi suos religiosos, & de actione religionum ad reclamandum contra ipsam religionem. Secunda, an religio retineat iurisdictionem aliquam in expulsos, teneaturque eos, & apostatas, fugitivosque querere, atque reuocare? Tertia, an religiosi profecti expulsi maneat liberi à votis, & ab obseruationibus regularibus, vel an possint cogi ad redeundum ad religionem, vel ad transeundum ad aliam? Vltima questio erit de iure quod habet Societas I 35 v ad expellendos religiosos, & de actione ipsorum si iniuste expellantur, & qualiter votis obligati manent.

Questio prima. An religio ius habeat expellendi religiosos, atque sic actionem reclamandi habeant, quando absque causa legitima expelluntur? Quidam sentiunt, ob nullum crimen posse professum expelli, sed quando contumax, & incorrigibilis est, esse in monasterij carcerem includendum. Ducuntur ex cap. impudicas, & c. si quis sacro. 27. quest. 1. ubi moniales impudice iubentur à ceterarum consortio excludi in monasterij ergastula includi; & fortius ex c. fin. de regularib. ubi religionum superiores iubentur apostatas, & fugitivos, & eiectiones ad monasterium reuocare, si salua monastica disciplina id fieri possit; sin minus, eos in separata aliqua monasterij loca includere. Et ita docent Goffred. sum. tit. de apostat. num. 11. & num. vlt. & ibi Hostiensis num. 4. Abbas cum ad monasterium num. 13. fin. de statu monachor. Cardin. Clem. 1. §. quia verò. num. 5. quest. 1. cod. tit. Imol. c. cum in Ecclesijs num. 8. de maiorib. & obedien. & ibi Ioan. And. num. 9. Ioannes Lupus de libert. ecclesiast. part. 2. §. fin. num. vlt. habetur tomo 13. tractatum part. 1. Graffius 1. part. decisionum. lib. 3. c. 5. num. 145. Angelus verbo Abbas. num. 18. vnde cum textus eo cap. cum ad monasterium, decidat, monachum proprietarium eiciendum esse, ait Abbas ibi. num. 13. fin. eam decisionem correctam esse per cap. fin. de regular. quod posterius est, vbi deciditur, inclusionem in carcerem imponendam esse monacho ob delicta expellendo, ne vagandi occasio detur.

Ceterum tanquam certissimum tenendum est, integrum esse religioni monachos contumaces, & corrigi reuocantes expellere; quia id supponit textus c. fin. de regularib. dum decidit, eiectiones querendos esse à superioribus, & c. cum ad monasterium, de statu monach. decernitur, monachum proprietarium expellendum; nec est verum id corrigi per c. fin. de regularib. quia hic textus explicabitur num. 8. & c. fin. de statu monachor. iubentur Visitatores expellere rebelles, ne ouis morbida fanas inficiat: & regula D. Augustini cap. 20. & D. Benedicti cap. 28. expressè tradunt, incorrigibiles posse à religione eici; & praxis religionum id obseruat, extantque multa Pontificum privilegia id concedentia, quæ referunt Corduba in regul. D. Francisci. cap. 2. §. 2. p. 1. puncto 1. & multa alia eruditissimè afferit P. Petrus Ribadeneira in libro inscriptur. Societatis I 35 v cap. 13. ad id comprobandum. Et ratio ipsa id suadet, quia refecanda sunt carnes putidæ, ne fanas corrumpant, & scabiola ouis à caulis repellenda, ne cæteras inficiat, vt docet D. Hieronymus in Epist. ad Cels. lib. 5. & refertur crescenda. 2. 4. §. 3. Prælatum enim bonum commune priuato; nec commode possunt omnes tales religiosi in carcerem conici, idque minus graue religionum onus esset. Nec obstat textus c. impudicas, & c. si quis sacro. 27. §. 1. tum quia est desumptus à Conci-

lio provinciali Tiburiniensi. c. 6. quod vim decreti vniuersalis non habet: tum etiam, quia non decuit nunquam posse religiosum eici, sed ob id speciale luxurie crime iubet moniales in monasteria, & ergastula recludi, vt feceris sui penitentiam agant. Nec obstat etiam c. fin. de regular. quia non loquitur de eiectione in perpetuum, vt dicemus à n. 8. Et ideo hanc sententiam tenent D. Thom. quodlibet. 12. art. 7. vlt. D. Bonauentura in regul. D. Francisci. quest. 14. Anton. c. cum olim. el. 2. num. 36. de priuilegijs Cardin. ibi. n. 4. vers. quid si est expulsus. Alexand. de Neuo c. si cui. el. 1. num. 22. de iur. iur. D. Antonin. 3. part. tit. 1. 6. cap. 4. fin. Humbert. in regul. D. Augustini. c. 99. Turcetem. in regul. D. Benedicti. tract. 88. Syluest. verb. religio. 6. quest. vlt. & verb. Abbas. quest. 3. num. 6. vers. 2. Armill. verb. religio. num. vlt. Nauarr. comment. 2. num. 33. vers. 2. de regular. & lib. 3. consilior. tit. de regular in 1. ad. conf. §. o. num. 1. in 2. conf. 77. num. 1. Anton. Cucus lib. 3. institut. maior. tit. 1. num. 130. & num. 139. Cordub. ea quest. 21. puncto 1. Passarellus in priuilegijs. Maximarianus. c. 16. Molin. tom. 1. de iust. disp. 1. col. ante. pen. §. de eiectione. Azor tom. 1. institut. moral. lib. 12. cap. 16. §. 2. Leonard. lib. 2. de iust. c. 4. 1. dub. 14. num. 106. Manuel 99. regul. tom. 1. quest. 30. art. 13. Capuccinus in priuilegijs. Mendicanus, verbo eiectione in suis annotationibus in princip.

Quod si petas quis sit incorrigibilis dicendus. Respondeo, tripliciter dici aliquem incorrigibilem, atque de eius emenda iure optimo desperari. Primum, quando in criminibus perpetratis perseverat. Ita docent Anton. cap. cum non ab homine. num. 22. de iudicis, & ibi Abbas num. 30. Maiol. lib. 5. de irregularitat. c. 26. num. 4. Sayro de censur. lib. 5. cap. 21. num. 37. Graffius 1. part. decisionum. lib. 2. c. 24. num. 19. & idem dicit Abbas ibi, etiam si committat alia delicta dissimilia, id est, non æquè graua. At vetius est, exigi vt delicta sint familia, id est, æquè graua, aut grauiora, per cap. vt fama. ibi. Ad similia, vel peiora faciliè labetur. Et ita docent Barbatus in aduersionibus ad prædilectum locum Abbatis. verb. alia delicta, Maiolus, Graffius, & Sayro proxime allegati. Secundo, quando ter monitus non desistit, in Anton. Abbas, Maiolus, Sayro, Graffius ibidem. Tertiò, si assignatum penitentium locum deserat fugiendo; Abbas, Maiolus, Sayro ibidem: & hoc pacto intelligendus est Antonius, dum ait non esse incorrigibilem qui penitentiam non implet, quando solum non implet minimè arrepta fuga, vt bene explicat Abbas ibidem.

Quamuis autem D. Thomas, D. Bonauentura, Cardinalis, Syluester, Armilla, Antonius Cucus num. 3. allegati, solos incorrigibiles expelli posse tradant; at bene Azor tom. 1. institut. moral. lib. 12. c. 16. quest. 3. ait, ideo esse verum stando in iure communi. At iure peculiari, & instituto religionum à Sede Apostolica approbato ob multa alia potest professus expelli, quod ius etiam decernit apud quos expellendi potestas sit.

Quæri autem potest, vtrum ea que dicta sunt, procedant etiam in monialibus, ita vt illæ expelli possint propter incorrigibilitatem, quædo monialis adeò incorrigibilis esset, vt in nullo monasterio eius reformatio, & correctio speraretur? Ratio dubitandi est, quia praxis hæc usque non recepit moniales expelli tanquam incorrigibiles, nec Doctorem inueni id dicentem; neque ex aliqua historia constat aliquam eiectionem esse. Et ideo dico in rigore posse eici, quia omnes rationes adductæ n. 3. ad probandam licitam esse regularium eiectionem, eandem vim habent in monialibus, nec stricte hæ religiois votis obligantur, quam illi: nec præceptum claustræ ipsas ligat, nisi quamdiu in monasterijs detinentur, sicut nec de latro habitus quoscunque religiosus, nisi eo tempore. Nec Doctorem afferentem licitam esse regularium incorrigibilis dimissionem inueni, qui discrimen in hoc constituit. At quamuis attento rigore hoc ita sit, nullatenus auderem consulerè Prælato alicui, vt id inconsulto Romano Pontifici, aut eius Nuncio efficeret, quod sit res nota, & inusitata, & ideo non modicum scandalum afficeret,

afficeret, & grauem ansam multis monialibus quæ in monasterijs sunt, & faciliè mutantur, vt se incorrigibiles fingerent, vt monasterium desererent. Quare potius homo communi consulendum est, & illa monialis incorrigibilis includenda in monasterij carcere, ne alius offendiculo sit, quam eicienda cum tanto scandalo, & periculo communis boni aliorum.

Si tamen religio aliquem professum dimittat absque causa iusta, peccat contra iustitiam. Et ratio est aperta, quia profectio est contractus reciprocos, quo religiosus se obligat religioni ad perseverandum in illa; & contra religio sese obligat ad illum retinendum; & tractandum tanquam filium, dum ille iustam expulsionis causam non præbuerit, vt fatentur omnes. Ergo dimissio absque causa erit contra iustitiam; & in hoc nulla est difficultas.

Hinc deducitur, professum iniuste expulsus posse compellere monasterium, vt ipsum admittat, & ab eo alimenta percipiat, quia iniuste eo iure spoliatus est. Quod bene docent Surdus de aliment. tit. 6. quest. 35. n. 6. Molin. tom. 1. de iust. disp. 140. colum. ante. pen. §. quando religiosus. Quod intelligendum est, ita vt iniuste eiectionis possit petere alimenta futura, non tamen præterita, nisi mutuo illa accepisset, vel quibus illa pararet, vt rectè, alijs allegatis, tradit Nauarr. comment. 2. de regular. num. 65. versic. Addo septimò. Et ratio est, quia pecunias quibus se aluit, tenebatur dare monasterio, & ad ipsum monasterium pertinebant. Quare in rigore loquendo aluit se sumptibus monasterij. Confirmat hoc Ananias cap. ex parte. num. 3. de accusacione. dicens huiusmodi monachum posse agere ad alimenta futura, non tamen ad præterita, si opera sua, vel alicuius donatione se aluit: secus si pecunia mutuo accepta; sicut de filio se alente distinguit Bart. L. liberis. lu. 2. §. 1. num. 3. ff. de aliment. & cibor. legat. Idem quod Ananias tradunt Felinus c. cum dilecta. num. 16. fulden. 3. de referri. & d. cap. ex parte. in fine. vers. item nota. Afflictus decis. 10. num. 4. & Surd. de aliment. tit. 5. questione 1. num. 48. Vnde vltimò sit, vt si monachus quasi iniuste expulsus conueniat monasterio, debeat ab illo accipere alimenta, cum sit in possessione monachatus, & percipiendi alimenta à monasterio, vt in Collegijs expulso à Collegio tradit Bolognetus repet. authentic. habita. numero 246. C. ne filius pro parte, & citatis Bartolo, Alberico, & Rebuffo, tradit Surdus de aliment. tit. 1. quest. 129. num. 4. & in proprijs terminis monachi ligantur de iniusta expulsionione, tradunt allegato Marthæo, Imola Clement. 1. num. 37. de statu monachorum, & ibi Cardinal. §. quia verò. num. 7. quest. 4. Lata l. si quis à liberis. §. si vel parens. num. 59. ff. de liber. agnoscon. Boëtius, Alciatus, Afflictus, quos refert, & sequitur Menoch. de presumpt. lib. 1. questione 35. num. 21. Velasc. consil. 7. num. 3. tom. 1. Surdus de aliment. tit. 1. quest. 128. num. 10. & ibi. num. 11. dicit cum Bartolo tract. de aliment. num. 43. quod tenetur etiam monasterium ad alimenta, interim dum disputatur an sit monachus. Quod limitant aliqui ad casum in quo ille esset in propria possessione monachatus. Sic Lancellofus de aliment. parte 2. cap. 4. limitat. num. 30. Sed verius est, sufficere aliquam monachatus præsumptionem. Sic Surdus de aliment. tit. 1. questione 121. num. 2. citans Simonem de Præteris de interpret. vlt. volun. lib. 5. dub. 2. num. 12. & 13. Boëtium decis. 324. num. 4. Menoch. de presumpt. lib. 1. quest. 35. num. 21. Ioseph. Ludovic. decis. 46. num. 4. Similiter tenetur monasterium expensas ad lites necessarias ei contribuere, vt bene docet Velasc. ibidem.

Ex quo etiam fit, vt si monachus hunc alens animo donandi caruerit, possit à monasterio alimenta repetere, quia cum monasterium teneatur eum monachum alere, & admittere, qui ipsum aluit dicitur vtiliter monasterij negotium facisse. Sic docet Surdus Summa Tho. Sanchez. part. 1. 11.

Quæstio secunda. An religio teneatur expulsos, ac apostatas, fugitiuosque querere, ac reuocare, eisque alimenta tempore fugæ impartiri? Difficultas huius questionis pendet ex intellectu textus capituli finalis de regularibus, ubi quatuor statuntur. Primum est, vt præidentes Capitulis, seu Abbates, seu Priores, querant annuatim suos religiosos profectos fugitiuos, aut eiectiones. Quare ea obligatio non solis Abbatibus, aut alijs, qui Capitulis generalibus præsidet, imponitur, sed etiam immediatis conuentuum Prælati: atque ita tenebuntur hi iuxta hunc textum querere, & reuocare profectos fugitiuos, & eiectiones, quia textus de omnibus his loquitur. Atque ita docent Hostiensis eo cap. final. initio, & ibi Cardinalis num. 2. quest. 6. Abbas num. 3. Archidiacon. cap. Abbates. num. 4. 18. questione 2. & ibi Bellamer. num. 2. Rosella verb. Abbas. num. 2. Syluester verb. apostasia. questione 6. num. 10. Azor lib. 12. institut. moral. cap. 1. num. 17. quest. 2. ad finem. Manuel 99. regularib. c. 1. §. 30. art. 5.

Secundum, quod in eo textu statuitur, est, vt per censuram ecclesiasticam compellantur Prælati admittere eos fugitiuos, & iectos, quando salua ordinis disciplina admitti possunt. Glossa ibi. verbo salua. explicat, imposita eis penitentia quam reguli, illius ordinis ei delicto imponi iubet. Sed manifestè videtur alind intendit, vt ex ipso contextu apparet; atque ita sensus est, vt hi fugitiui, & eiectiones admittantur ad religionem,

de aliment. tit. 6. quest. 19. fin. allegatque Rebuffum, cuius locum non inueni.

Quod si quartas, qualiter monachus hic possit agere, cum nomine proprio actionem habere nequeat, vt pote qui caret proprio, nec agat etiam nomine monasterij, quippe non de monasterio, sed de proprio spolio agit. Respondent bene Cardinalis, & Imola nuper citati numero 8. monachum hanc officio Iudicis potius restitui, quam iure actionis. Quia, vt probant rationes dictæ, ius agendi monachus non habet. Sed qualiter hoc verum sit dicitur infra cap. 12. vbi explicabitur an monachus habeat legitimam personam comprehendendi in iudicio.

S Y M M A R I V M.

Explicatur caput finale de regularib. qualiter monasterium teneatur querere hos fugitiuos, & eiectiones, & eis inclusis in alio monasterio quis teneatur alimenta prestare, à numero 11. vsque ad 14.

Quando monachus ratione nouæ reformationis datur optio transeundi ad aliud monasterium, à quo debeat alii. numero 15.

Quid si hi fugitiui, aut eiectiones redire nolint? num. 16.

An ille textus intelligatur de solis eiectionibus iniuste? num. 17.

An consuetudine abrogatus sit, & an alio iure querendi sint eiectiones iniuste, & apostatas, & fugitiui? num. 18.

An, et si non sit abrogatus ille textus, obliget quando reuocatio eiectionum afferret alijs scandalum, & periculum? num. 19.

An monasterium reuocans eiectiones teneatur prestare alimentorum expensas ab illis factas? num. 20.

Quid de expensis factis fugitiuorum, & apostatarum, vel an ipse religiosus teneatur eas soluere? num. 21.

Quid si apostatus ille caperetur ab aliquo in monasterium reuocandus, aut ipse sponte propria redeat, vel si fugisset ex iusta causa, an teneatur monasterium ei ad alimenta? numero 22.

Quid si monasterium successit postea in hereditatem nominem illius monachi, vel tempore fugæ, aliqua licite acquisiuit? remissus num. 27. post inuenies alia summaria. numero 23.

Quæstio secunda. An religio teneatur expulsos, ac apostatas, fugitiuosque querere, ac reuocare, eisque alimenta tempore fugæ impartiri? Difficultas huius questionis pendet ex intellectu textus capituli finalis de regularibus, ubi quatuor statuntur. Primum est, vt præidentes Capitulis, seu Abbates, seu Priores, querant annuatim suos religiosos profectos fugitiuos, aut eiectiones. Quare ea obligatio non solis Abbatibus, aut alijs, qui Capitulis generalibus præsidet, imponitur, sed etiam immediatis conuentuum Prælati: atque ita tenebuntur hi iuxta hunc textum querere, & reuocare profectos fugitiuos, & eiectiones, quia textus de omnibus his loquitur. Atque ita docent Hostiensis eo cap. final. initio, & ibi Cardinalis num. 2. quest. 6. Abbas num. 3. Archidiacon. cap. Abbates. num. 4. 18. questione 2. & ibi Bellamer. num. 2. Rosella verb. Abbas. num. 2. Syluester verb. apostasia. questione 6. num. 10. Azor lib. 12. institut. moral. cap. 1. num. 17. quest. 2. ad finem. Manuel 99. regularib. c. 1. §. 30. art. 5.

Secundum, quod in eo textu statuitur, est, vt per censuram ecclesiasticam compellantur Prælati admittere eos fugitiuos, & iectos, quando salua ordinis disciplina admitti possunt. Glossa ibi. verbo salua. explicat, imposita eis penitentia quam reguli, illius ordinis ei delicto imponi iubet. Sed manifestè videtur alind intendit, vt ex ipso contextu apparet; atque ita sensus est, vt hi fugitiui, & eiectiones admittantur ad religionem,

quando ea admissio non esset contraria regulae illius ordinis: si enim regula praescriberet hos ad religionem non admittendos esse: vt regula D. Benedicti cap. 29. id praecipit de his qui post fugam ter recepti, fugiant iterum, textus non iubet eos admitti, sed in locis competentibus ad agendam poenitentiam constitui. Erata explicans Hostiensis eo cap. final. num. 6. 7. & 8. Antonius ibi. num. 9. Cardinalis num. 1. notab. 3. Ioannes Andre. num. 4. Anchar. num. 8. Henricus in fine Archidiae. cap. Abbaes. numero 6. lib. 2. & ibi Bellamer. num. 4. D. Antonius 3. part. tit. 16. cap. 5. Antonius in principio Syluester verbo apostasia. quaestione 5. & 7. num. 10. & ibi Armilla num. 14. Azor lib. 12. in sit. moral. c. 17. quaest. 2.

13 Tertium est, vt si salua ordinis disciplina, fugitiui, vel eiectioni recipi nequeant, prouideant dicti Praelati, vt apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque graui scandalo id fieri poterit, alioquin in aliis eiusdem ordinis religiosis domibus ad agendam ibi poenitentiam, talibus vitae necessaria ministrantur; nomine autem competentium locorum intelliguntur ergastula monasterij, in quibus religiosi hi separati ab aliis vitam transigant sui delicti poenam luentes. Sic docent Hostiensis ibi. num. 9. Ioannes Andre. num. 4. Antonius num. 10. Ancharanus num. 6. Abbas numero 1. notab. 4. Cardinalis num. 2. quaestione 8. Henricus num. 7. Archidiae. dicto cap. Abbaes. num. 3. & ibi Bellamer. num. 1. sine. D. Antonius 3. part. tit. 16. cap. 5. Syluester verb. apostasia. quaestione 7. num. 10. Azor lib. 12. in sit. moral. cap. 17. quaestione 2. Vel intelligi potest, ne admittantur, vt uiuant in aliorum monachorum, sed vt ceteris monachis seruiant, vt docent Innocentius ibi. num. vnic. Antonius num. 10. D. Antonius, & Syluester proximè citati. Dum autem dicit textus, quando absque graui scandalo id fieri poterit, nomine huius scandali intelligitur, quando ex ea admissio ceteri religiosi ita offenderentur, vt potius se exiratos, quam cum talibus eiectionis commoturos dicerent. Ita tradunt Hostiensis eo cap. fin. num. 9. Ioannes Andre. num. 4. Antonius num. 10. Cardinalis num. 1. notab. 4. Anchar. num. 6. D. Antonia. & Azor proximè allegati. Vel in hoc standum est prudenti arbitrio, vt docent Syluester verb. apostasia. q. 7. n. 10. & ibi Armilla n. 14. Manuel quaest. regular. tomo 1. q. 30. art. 5. sine.

14 Circa id autem quod iubet textus, vt his fugitiuis, & eiectionis apud alia monasteria eiusdem ordinis constituitur necessaria vice subministrantur, dubitatur cuius expensis subministrari debeant, nimirum an expensis prioris monasterij, & quo fugerunt, eiectionis sunt, an potius posterioris, in cuius ergastulo includuntur. Quidam censent hanc expensis prioris monasterij alendum, quod nulla sit ratio ob quam posterior monasterium, cui non seruit, grauetur ad eum alendum. Ita docet Glossa eo cap. final. in fin. alij docent alendum à posteriori monasterio; & hanc sententiam videtur ibi fecerit Innocentius num. vnic. cum duplicem sententiam referens, hanc in ultimo loco ponat. Sed melius alij sic distinguunt; si religiosus hic bona sua conulerat monasterio, & quidem alimentis sufficientia, ex illis alij debet, vt cap. de lapsis. 16. quaest. 6. & dicam latius infra lib. sequent. cap. 76. num. 46. Si autem non contulit, aut sufficientia non sunt, alendus est impensis prioris monasterij, quod si id non habuerit vnde eum alant, ministrabit alimenta posteriori monasterio. Ita docent Hostiensis eo cap. final. num. ultimo. & ibi Ioann. Andre. fin. Anton. num. 14. Cardinal. num. 2. quaest. 10. Abbas in fin. Anchar. num. 9. Henric. num. 7. D. Antonin. 3. part. tit. 16. cap. 5. Syluester verb. apostasia. quaest. vltim. Azor l. 12. in sit. moral. c. 17. q. 3. Tapia auboni. ingressi. verbo sua. cap. 6. num. 37. 38. & 39. C. de sacrosanct. Eccles. Quod si vtrumque monasterium habuit bona huius, quodlibet modi-

cum contribuere tenetur, vt bene docet Anan. eo cap. final. num. 8. Manuel quaest. regul. 2. quaest. 23. art. 2. ait; si professus est in monasterio bonorum capaci, ad quod hereditas huius peruenit, tenetur eum alere, & si autem nulla est hereditas, tenetur monasterium vbi commissi delictum, & in hoc casu vera est opinio Abbatis. At in religione Minorum, cum neque in comuni, nec in particulari frater aliquid habeant, vnde receptum est vt monasterium in quod mittitur, eum alat. Quod si neutrum monasterium ad alimentum sufficit, discrepant hi Doctores, Abbas enim, & Archid. cap. si quis rapuerit. num. 2. 27. quaest. 1. & ibi Bellamer. ad fin. dicunt, teneri Episcopum contribuere, cuius est omnibus indigentibus prouidere. cap. 2. diff. 82. Alij dicunt teneri tunc Capitulum generale prospicere, Sic Hostiens. Ioan. Andr. Anton. Card. Ancharan. Henric. D. Anton. Sylu. Tapia, Azor ididem. Quod si nec Capitulum generale possit, dicunt omnes isti, praeter Syluestrum, & Azor, qui de hoc non meminerunt, teneri Episcopum. Sed existimo nullam esse specialem obligationem Episcopi subministrandi haec alimenta, sed solam generalem, qua tenetur alijs pauperibus, quod nulla sit ratio specialis huius obligationis, eo vel maxime quod religiosi ignorantium non sit mendicare. Dum autem dicunt hi Doctores, quando dicitur non est sufficientes, teneri Capitulum generale, intelligendum est quod non partem contribuere vtrumque potest; si enim id possit, vtrumque suam partem contribuet, & ita sustinet Cardin. & Azor proximè allegati. Intelligi autem danda alimenta à posteriori monasterio, quando hic religiosus non esset priorius vitilis, si enim illi esset adeo vitilis, vt aequaleret alimentis, cessaret praedicta ratio, atque ita non deberentur alimenta, iuxta dicenda num. sequenti.

Hinc deducitur, si monasterium, eo quod eius disciplina collapsa fuerit, ad pristinam regulam obseruantiam reuocetur, data optione monachis in eo remanendi, aut ad aliud commigrandi, ipsis ad aliud recedentibus debentur alimenta à priori monasterio, quia non est cur posteriori grauetur ad ea subministranda. Atque ita docent Anton. D. Anton. Syluest. Azor num. precedenti allegati. Tabien. verbo religio. quest. 27. num. 28. sine. Quod temperandum, vt bene temperant Sylu. Tabien. & Azor ididem, quando hi religiosi sunt posteriori monasterio inuites. Si enim ei vitiles sint, ipsa ratio suadet vt ab eo alantur.

Vltimum quod statuitur eo cap. final. de regularib. est, vt si noluerint hi eiectioni, aut fugitiui redire, excommunicentur à Praelatis, illique fiant ab Episcopo eos publicè excommunicatos denunciari, donec obediant.

Sed circa decisionem huius textus dubitatur primò de quibus eiectionis illa intelligatur. Quidam sentiunt intelligi de eiectionis iniuste, vel defectu potestatis iudicantis, vel defectu causae, vel defectu ordinis iuridici feruati; secus autem de iuste eiectionis per sententiam diffinitiuam rectè, & ritè latam. Sic docet Nauarr. comment. 2. de regula. num. 36. & lib. 3. consil. tit. de regul. 1. edit. conf. 51. sine in 2. consil. 78. sine. Manuel quaest. regular. tom. 1. quaest. 30. art. 71. Azor l. 17. in sit. cap. 16. quaest. 2. fin. & c. 17. quaest. 2. Sed hanc expositionem dicit esse periculosam additio ad. conf. 77. Nauarr. in 2. edit. l. 3. tit. de regular. tum quia id caput finale absolute loquitur de eiectionis, qui potius tales dicuntur quando iniuste eiectionis sunt; tum etiam quia loquitur de eiectionis, qui secundum ordinem regularem non possunt amplius recipi, qui nequeunt esse iniuste eiectionis; illos enim tenetur religio admittere, & ideo non placet ea prior expositio.

Sed placet quod dicunt alij, quos tacito nomine refert, nec improbat, & sic videtur sequi Azor tom. 1. in sit. moral. l. 12. cap. 17. quaest. 1. nempe, totum id decretum cum sit iuris humani, consuetudine abrogatum fuisse, neque

neque enim religionum Praecepti religiosos eiectionis quotannis perquirunt, neque reducunt, neque reputant. Quare ex vi illius decreti non tenentur Praelati quaerere, nec reuocare eiectionis, nec fugitiuos; sed seruanda sunt quoad hoc statuta religionum, & ius naturale, quod solos iniuste eiectionis restitui dicit, & sic quaerendi sunt, vt ad pristinum statum restituantur. Si vero apostatae, & fugitiui sint, tenebitur eodem iure diuino naturali Praelatus religionis, si commodè possit, eos quaerere, vt corrigat, & puniat iuxta regulam, & constitutionum praescriptam, vt ipse qui verè sui subditi sint; vt vel sic spirituali eorum saluti prospiciat, & si delictum non fuerit expulsiōne dignum, admittat correctos in religionem.

19 Et esto id decretum capitis finalis esset in viridi obseruantia, & ita obligaret, an intelligendum esset, quando reuocatio huius eiectionum non afferret alijs scandalum, & periculum, possentque commodè detineri, & corrigi? Nam desperata eorum correptione, imminenteque praedicto periculo preferendum est commune religionis bonum. Atque ita docent D. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 5. §. 1. sine. Syluester verb. apost. num. 10. q. 6. sine. Attil. verbo religio. num. 16. Corduba in regul. D. Francisca. cap. 1. quest. 2. 1. punct. 2. Grassi l. part. decis. lib. 3. cap. 5. num. 151. Manuel quaest. regul. tom. 1. quaest. 30. art. 5.

20 Posterior difficultas est, an monasterium reuocans eiectionis, aut fugitiuos, & apostatas, teneatur soluere ea, quae religiosus illo tempore, quo fuit extra religionem, in proprijs alimentis consumpsit, vt si mutuo accepit nummos ad alimenta, vel caupo, aut quidam alij bona sine existimantes eum non fugere, subministrantur: Et quidem eiectionis iniuste probauimus n. 6. teneri monasterium ad alimenta ministranda. De eiectionis autem iuste, clarum est non teneri monasterium, cum eum à se praeciderit, & eiectionis iuste, ac proinde obligatione eos alendi se liberauerit eorum culpam, in poenamque delicti eorum. Et ita tenet Paulus conf. 76. num. 1. vol. 1. Surd. de aliment. l. 7. q. 35. n. 1.

21 Tota difficultas est de fugitiuis, & apostatis. Videtur enim monasterium teneri ad id, quod viliter eius negotium gestum sit alendo eius religiosum, ne fame periret, monasteriumque factum sit dicitus, cum in ipsius alimentis tantumdem intra monasterium esset consumptum, prout tenebatur; nec aequum est, vt qui bona fide illa subministravit, iacturam illorum absque culpa sua faciat. Tandem, quia si monachus sic fugitiuus plurima acquireret, ea essent monasterij; cum ergo Monasterium lentiat commodum, sentire debet etiam damnum. regul. qui sentit, de regulis iuris in 6. Ad existimo ad nihil teneri monasterium. Ducor, quod monasterium non teneret eos alere, quando in fuga sunt, vt docent Henric. cap. final. num. 6. de regular. & Surd. de alimentis. l. 8. priuileg. 97. num. 6. l. 9. quaest. 27. num. 22. sine. docentes monasterium teneri ad expensas per monachum in studio factas. Limitatur, si de superioris licentia in studio erat, quasi oppositum sentientes, quando erat fugitiuus. Et ratio est, quia ideo teneret monasterium ad monachi alimenta, quod monachus ipsi ministrat, acquiratque, vt testantur Paul. conf. 76. num. 1. vol. 1. & idem Surd. de aliment. l. 6. quaest. 31. num. 1. Ad apostatae, & fugitiui sua culpa non seruiunt: ergo monasterium liberatur obligatione ipsos alendi, quando in fuga sunt. Cum ergo monasterium non teneret hos alere, eius negotium non gestum est eos alendo, nec exinde factum est dicitus. Deinde, quia ex contractu, vel delicto monachi non teneret monasterium, nisi quatenus inde factum est dicitus, in eiusque utilitate contractus ille redundauit, vt dicemus infra lib. sequenti. Cum ergo in hoc casu neutrum concurrat, non tenentur monasterium, nec bona fides contrahentis cum illo monacho, sufficientes est ad illius obligationem in monasterium transferendam. Praeterea, quia ea alimenta subministrata

re fuit potius in monasterij detrimentum, illis enim non ministratis religiosus ille necessarius sibi deficientibus, vexatione dante intellectum, ad sanioerem mentem rediret, & ad pristinum religionem se reciperet. Item, quia pater non teneret alere filium sua culpa à patris consortio recedentem, vt optime Pinel. cap. 1. part. 1. num. 54. C. de bono mater. Emmanuel Suarez in communibus opin. verbo filius. num. 185. Alcani. Clem. tit. de patria potest. effecti. l. 7. num. 32. Surdus de aliment. l. 7. quaest. 7. num. 1. & 2. nec vxor culpa sua à viro diuertens expensas interim factas repetere potest, vt tenet Gloss. cap. si gnificasti. verbo marit. de diuortio. Ioannes Lupus rubr. de donat. inter virum & vxorem. §. 64. n. 6. & 10. Surd. ea quaest. 7. num. 2. Tenebitur autem religiosus hic ea alimenta subministrantibus restituere, si aliquando restitutum fuerit, eo modo quo dicemus in tractatu de voto paupertatis teneri eum restituere quacumque alia debita, à quorum obligatione eximitur monasterium. Tandem, quia non obstat religiosus hunc acquirere monasterio, vt vel sic tanquam sentiens commodum sentire debeat & damnum, quia id deficit in illis qui ita alterius potestati subiecti sunt, vt rei acquirat dominium non comparent; vt secus quicquid acquirat, acquirat domino, qui tamen non teneret damna per seruum illata in ipsius utilitatem non conuerfa refarcire.

Dum autem dicimus monasterium non teneri ad alimenta apostatae, vel fugitiui, intelligendum est, quando illi in fuga fuerit: nam si ab aliquo caperetur in monasterium reuocandus, ex tunc tenebitur monasterium ad alimenta, & expensas, quia ex tunc viliter eius negotium geritur, sitque id quod monasterium efficeret tenebatur, vt contingit in seruo fugitiuo, cuius alimenta repetit, qui captum reuocat ad dominum. Similiter si ipse poenitentia ductus redeat; necessarias reditus expensas tenetur monasterium soluere, quia ad eum reuocandum tenebatur. Denique potiori iure tenetur monasterium ad alimenta, & expensas monachi fugitiui licet è fugientis, & ex causa iusta, vt se praesentet superiori, quia, vt diximus num. 8. monasterium tenetur dare monacho expensas necessarias ad litem, & monacho accusanti Abbatem debentur alimenta, vt constat ex cap. ex parte. de accusationibus.

23 Quid autem si monasterij successit postea in paternam hereditatem nomine illius monachi, vel tempore fugae aliqua ille licetè acquiruit laborando, dicemus in tractatu de voto paupertatis,

S V M M A R I V M.

- An professi expulsi eximantur omnino à religionis iurisdictione, nec possint ad eam reuocari, nec ipsi teneantur redire? referitur quaedam sententia. n. 24.
- Teneantur ij mores corrigere, & quando non corrigunt, nec peccent iterum admitti, sum in malo statu. n. 25.
- An quando correcti non admittuntur, liberentur à voto obedientiae, & paupertatis? referitur quaedam sententia. n. 26.
- An neutrius voti obligatio examinetur? n. 27.
- An teneantur esse sub obedientia Episcopi, & cuius Episcopi, & an Summi Pontificis? referitur quaedam sententia. n. 28.
- Explicatur sententia aulhoris. n. 29.
- Expulsi à religione possunt cogi ad illam redire. n. 30.
- Non tenentur in alio obedire Praelatis religionis, quando in extra religionem sum. n. 31.
- An possint hi religionem cogere, vt ipsos iam conuictos admittant? n. 32.
- An si iterum admittantur, indigeant noua professione, & sint restituendi ad pristinum locum? n. 33.
- An quando in pristinum religionem non admittuntur, teneantur ad aliam transire? & quid de religioso, cuius omnino destructa est religio? n. 34.
- An professi eiectioni possint ad aliam religionem aequalem, vel laxiorem transire? referitur quaedam sententia. n. 35.

Referatur sententia auctoritatis. n. 36.  
 An is transsum lictus sit inuicis prioris religionis superioribus. n. 37.  
 An ante, vel post professionem in posteriori monasterio possit a priori reuocari? n. 38.  
 Quomodo fratres Minores sic eieci possint ad aliam religionem transire, & an valeat professio aliter transsumi? num. 39.  
 An eieci possint compelli a superiori eiciente, vel a summo Pontifice, ut ad aliam religionem transseant? referatur duplex sententia. n. 40. & 41.  
 Explicatur sententia auctoritatis, & an possint cogi ad aliam patientiam subeundam? n. 42.  
 An possit superior professum ea condicione expellere, ut ad aliam religionem transeat, & quid de ligatis solis biennij, aut nouisiorum uois in Societate IESV, etsi non ingrediantur, vel non persuerent, an teneantur ad Societatem regredi? n. 43.  
 An teneatur Societas eos admittere? n. 44.  
 An professi eieci possint habere proprium, aut usufructum alicuius rei, vel diuitias accumulare, vel indigeant ad id licentia Episcopi? n. 45.  
 An possint testari, & remissuē cui acquirant, & an sint capaces beneficij secularis, & sint capaces succedendi, si a religione incapaci eiciantur? n. 46.  
 An sit illicita, & superflua expendant, teneantur accipientes restituere? n. 47.  
 An peccent tunc contra uotum paupertatis? n. 48.  
 An possint donationes non malas, & elemosinas, quas uoluerint, facere? n. 49.  
 An possint mendicare? n. 50.  
 An teneantur hi ad obseruantias regulares? num. 51. referatur quedam sententia.  
 Explicatur sententia auctoritatis, & an teneantur ad horas canonicas remissuē. n. 52.  
 An teneantur ad ieiunia, & alia sub peccato mortali contenta in regula? n. 53.  
 Quid si speret illum eieciū admittendum, si corrigatur, an interim teneatur ad regulam? n. 54.  
 An teneantur deserre habitum religionis? n. 55.  
 An teneantur ad alia uota in religione, iuxta eius institutum emissa, ut in fratribus Miminis ad uotum quadragesimalis uisū? n. 56.  
 An iniuste eieci, vel iuste tantum, secundum allegata, & probata, teneantur ad regulam? n. 57.  
 Quid de damnatis pone rirerionem? n. 58.  
 An eieci hi possint ad ordines promoueri? n. 59.  
 Inuenies postea alia summaria, qua desiderantur.

24 QVÆSTIO tertia. An religiosi professi expulsi maneant a uotis, & obseruantis religionis liberi, nec ad redeundum ad religionem, aut ad transeundum ad aliam possint cogi? Quidam sententiā iuste in perpetuum eieciōs, de his enim est sermo, ac primo omnino ad superiorum religionis iurisdictione, & ex ordine, nec teneri redire ad religionem, nec posse ad id per superiores cogi. Ducuntur, quia per talem iustum repulsum religiosus ille desinat esse membrum illius ordinis, ac proinde ab eius iurisdictione extimatur; sicut seruus eiecius a domino efficitur sui iuris, definitque sub domini potestate esse. Secundo, quia res iudicata seruanda est, res iudicata, si de regulis iuris, & iniustum uideatur ut per sententiam in perpetuum eiecius reuocetur inuitus ad suam religionem; quamuis enim culpa sua eiecius sit, cum repulsi illo praterita illa culpa punita sit, non amplius punienda est, cogendo eum redire. Tandem id probat Nauarrus itam in allegandus, quia huic parti fauere uidetur Glossa cap. fin. de regularib. in casu expositione; quia cum de fugitiuis, & eieciis loquatur, quantum ad eos referendos, at de solis fugitiuis loquitur, quoad eos ad reditum compellendos; & Abbas ibi num. 2. notat, vltim. dicit posse Prælatum excommu-

nicare monachum fugitiuum redire nolentem, nil de eieciō exprimit, & D. Antoninus 3. p. tit. 16. cap. 5. statim in princip. ubi cum tractet de fugitiuis, & eieciis, at quoad effectum compellendi ad redeundum, de solis fugitiuis loquitur. Sed hi Doctores parum, aut nihil fauent huic sententiæ; sed illam tenent Nauarrus comment. 2. num. 36. de regularib. & lib. 3. consil. tit. de regularib. in 1. edit. consil. 18. num. 2. fin. & consil. 64. num. 1. & in fin. num. 2. consil. 80. num. 1. & in fin. & consil. 79. num. 1. vers. 2. addo. Sayro thesaur. casuum. 1. 2. lib. 6. cap. 9. num. 26. Manuel quest. regular. 1. 1. quest. 30. art. 20. Azor 1. 1. lib. 12. in fine moral. cap. 17. quest. 1. & melius cap. 16. quest. 6. & id tanquam probabile defendit Sorbus in priuileg. Mendicantium. verb. eieciere in suis annotat. in princip. & fauent Tolet. lib. 4. summa. cap. 18. num. 1. Manuel 2. summa. cap. 95. num. 11. Emmanuel Sà summa. verbo religio. num. 40. ubi absolute dicunt, hos eieciōs eximi ab obedientia uoto.

Sed dicendum est, eieciōs hos tanquam incorrigibiles teneri moros corrigere, habilesque se reddere ut iterum admittantur, & ita correctos se de nouo offerre religioni: quos possunt cogi redire, quia donec se corrigant, per ipso stat, ut quominus uotum perseverandi in religione explant, quod probatur omnibus rationibus, quas num. 30. afferemus, quæ fortius hanc partem probant, & ibi foluentur contraria. Ita docent Sotus lib. 7. de iustis. quest. 2. art. 5. in solut. ad 3. sub fin. Gratius 1. p. decis. lib. 3. cap. 5. num. 147. Angles florib. 2. p. 1. trad. de uoto. quest. vnic. art. 2. difficult. 8. Thomas Zerol. praxi Episcop. 2. p. 1. verbo regul. vers. test. 63. Cordub. in regul. D. Francisci. cap. 2. quest. 21. punct. 3. Aragon 2. 2. quest. 88. art. 3. fol. 997. §. hucusque diximus. Conrad. in suis responsis. 1. p. 1. quest. 285. Philiar. de officio sacerdotum. tit. 1. p. 1. lib. 2. cap. 21. fin. Sayr. decan. reg. lib. 10. cap. 9. num. 25. & num. 27. & a fortiori hoc docent auctores quos num. 30. allegabimus, ut ex sententia ipsorum ibi referenda constabit. Non placet tamen quod addit Gratius, nempe, teneri hos adire Romanum Pontificem, ut cogat superiores ad admissionem: tum quia est difficillimum, & difficillimè obtinebunt: tum quia non datur sufficiens fundamentum illis ad hanc obligationem.

Sed difficultas est, quando hi eieci post debitam sui eieciōnem petunt ad religionem admitti, & adhuc expelluntur. Sotus, Angles, Corradus, Gratius num. 148. Aragon num. precedenti allegat. Sayr. eodem cap. 9. num. 27. & 28. Monald. consil. 69. num. 5. tradunt absolute hos liberari uoto obedientiæ, & paupertatis, tuncque manere in seculo; atque huius exemptionis obedientiæ uoto rationem reddunt, eo quod Prælati eos reiecerit; exemptionis autem ad paupertatis uoto, eo quod conuentus eos non aliat; atque indistinctè eieciōs eximi a uoto paupertatis, sicut & obedientiæ, tradunt Tolet. Emmanuel Sà, Sayr. Manuel, Rodriguez allegati num. 24. fin. immo addunt Angles ibi, & Azor lib. 12. institution. moral. cap. 16. quest. 6. & Sayr. eo. cap. 9. num. 26. fin. desinere tunc hos esse religiosos illius ordinis.

Cæterum intelligo hos auctores, præter Angles, tantum uelle obligationem eorum uotorum non omnimò esse eandem in seculo, eo quod non habeant superiorem, cui subiciantur, sed eos a sua obedientia reiecerit: & cum victus quoque a monasterio eis denegetur, nec habeant superiorem, a quo petere debeant licentiam acquirendi necessaria ad victum, non paupertatis omnimò obligatio erit, sed solo aliquo modo illa astricti maneant, prout status eorum patitur, ut num. 31. declarabimus, quippe rationes, quibus innuitur, hoc tantum probant, nec superior religionis potuit eieciōs hos liberare uotorum, & monasticæ professionis iugo, quia Prælati non possunt facere de monacho non monachum; immo de Pontifice id multi negant. Et quamuis uerius sit, id posse Papam, nunquam tamen id facit nisi ex aliqua uigentissima causa

ob com

ob commune totius Regni bonum. At de essentia monachatus sunt tria illa uota. cap. cum ad monasterium, de statu monachor. & confirmatur quia omnino fatentur eos non obligari a uoto castitatis. At eadem est ratio de alijs, cum enim omnia æque sint solennia, ac religionis essentialia, perpetuiter gaudent, nec potest eorum obligatio cessare per superiorum repulsum, sed suspendi, in quantum status eieciōrum non patitur eam obedientiam, & paupertatem seruari; præterea quia monachus factus Episcopus non liberatur tribus uotis substantialibus, ut probauimus supra; ergo multo minus eieciōs; tandem, quia alijs ex suo delicto commodum reportaret, nempe exemptionem a uotis, contra ea, quæ traduntur cap. 1. de postulat. Prælatos. & cap. Sedes Apostolica. de rescriptis. & ideo hos non eximi a uotorum eorum, & monasticæ professionis obligatione, sed manere ueros eiusdem ordinis religiosos, uotisque ligatos, tenent Nauarr. comment. 2. de reg. num. 3. 4. 5. 36. & comm. 5. num. 46. quamuis dicat hos transire in obedientiam Episcopi, de quo dicemus num. sequenti. Cordub. in reg. D. Francisci. 2. 1. punct. 3. Azor 1. 1. lib. 12. in fine moral. cap. 16. quest. 4. & quest. 7. fin. & quest. 11. & cap. 17. quest. 2. Suarez 5. tom. in 3. pari. disputat. 21. sect. 1. num. 20. Ribadeneira in lib. de instit. Societ. IESV. cap. 14. §. asique no. Vazquez 1. 2. quest. 96. art. 3. disput. 165. num. 87. Leonardus 1. 2. de instit. cap. 41. dub. 15. num. 112. Petr. de Ledesma 2. 1. summa. trad. 10. cap. vltim. dub. 2. in col. ad 4. fol. 1212. Mol. tom. 1. de iust. disput. 140. col. antepenult. §. quando uerò. & col. penult. paulo ante §. quoad uotum. & 1. tom. disput. 276. column. antepenult. §. quoad ceteros. Manuel quest. regul. tom. 1. §. 30. art. 19. Et ita Sayr eodem cap. 9. n. 18. sic explicat, postquam enim dixerat eieciōs hos eximi a uoto obedientiæ, & paupertatis, subdit teneri eos utrumque uotum meliori modo, quo possint, adimplere.

28 At dicit Nauarrus utroque loco, quem num. præcedenti allegauimus teneri hos eieciōs ex vi uoti obedientiæ in professione emissi, esse sub Episcopi obedientia, & potestate, ac proinde teneri se illi inuoluere, ut eorum obligationem sciens curam comam habeat. Idem repetit lib. 3. consilior. 1. de regular. in 1. edit. consil. 50. num. 3. consil. 51. num. 2. in 2. consil. 77. num. 3. & consil. 78. num. 2. & consil. 79. num. 2. Idem tenet Thomas Zerola in praxi Episcopali. p. 1. 2. verb. regulares. vers. 1. idemque tanquam probabile amplectitur Sorbus in priuileg. Mendicantium. verb. eieciere. in suis annot. in fine. Quod si quætas, cui Episcopo debeant esse subiecti, an originis, an domiciliij, in quo situm erat monasterium, an loci, in quem habitatur se conferunt; respondet Nauar. eo. comment. 2. de regular. n. 34. eos subiecti Episcopo originis, quod illud immutabile sit. I. assumptio. ff. ad municip. cum cetera domiciliia deperdi ualent. Subdit tamen, posse Episcopum originis aditum concedere eis licentiam transeundi ad aliam diocesim, ut eius Episcopo subfint, & absque hac licentia id intergrum eis non esse. Damnatos autem trireribus ait subiecti Episcopo, cui trireres subfint; at finito trirerium tempore, aut ab illis redemptos teneri redire ad domiciliū originis, ut Episcopo eius subfint, vel alteri de eius licentia. Tandem hæc limitat, nisi eieci illi exularent a diocesi originali. Cum enim in illa requirunt esse, ait soli Pontifici, quandiu exulant, eos subiecti. Et forte ait hos suis conscientijs trisfacturos, si tam longè a Romana urbe eligerent Episcopum, cui obedirent. Id enim est iuxta tacitam Pontificis mentem.

29 Cæterum omnino tenendum est, hos minimè teneri ex vi uoti in professione emissi, Episcopo alicui obedire, sed tantum instar aliorum clericorum Episcopo subiecti, in cuius diocesi habitauerint. Ratio est, quod ad nullam aliam obedientiam ex uoto teneantur, præterquam ad eam quam promiserunt; at non promiserunt obedire extra religionem Episcopo. Item, quia ipsemet Nauarr. fatetur ( ut dicemus num. 34. ) hos eieciōs non teneri ad

aliam religionem transire, eo quod illam non uouerint. Cum ergo nec uouerint Episcopo obedire, non tenebuntur ex vi uoti eius obedientiæ subesse. Tandem, quia id est contra totius Ecclesiæ praxim, & nunquam more seruatur, ut hi Episcopo subfint. Et ideo hoc tenet Mol. dicens contrarium esse omnino impossibile, tit. 1. de iust. disput. 140. column. antepenult. & Manuel quest. regul. tom. 1. quest. 30. art. 19. Azor tom. 1. in fine moral. lib. 12. c. 16. quest. 11. Leonard. 1. 2. de iust. cap. 41. dub. 15. num. 114. ubi adit hoc maximè locum habere in iis religiosis, qui erant ab Episcopi iurisdictione exempti: nam in non exemptis ait esse valde probabilem contrariam sententiam, quia ex vi uoti suberant Episcopo. At subdit, nec in hoc casu teneri se Episcopo offerre, ut ipse eos dirigat, ab eoque in omnibus dependant, sicut nec tenentur cæteris religionis Prælati se ad id offerre; quia hunc uiuendi modum non uouerunt, sed tantum in religione constitutos obedire: immo nec manent sub obedientia Pontificis, quatenus est Prælati regularis, sed solum quatenus est Pontifex; quia militat eadem ratio, cum non uouerint obedientiam Pontifici, ut Prælati religionis, nisi quandiu religio eos pateretur, & essent in illa. Neque est simile de monacho facto Episcopo, quia hic non est a religione expulsi, sed priuilegio Pontificio exemptus ab aliorum religionis Prælatorum obedientia, non autem ab obedientia Pontificis, ut est Prælati regularis, ut diximus c. 6. n. 5.

Ex his deducitur primò contra Doctores num. 24. allegatos, quantumcumque per sententiam diffinitiuam expulsi a religione, teneri quodcumque superiores uoluerint eos admittere, ad religionem redire, postque eos ad id cogi. Probatur ex cap. final. de regular. ubi statuitur, hos eieciōs debere censuris ecclesiasticis cogi redire ad religionem; quod decretum num. 17. probauimus intelligi de iuste per sententiam diffinitiuam eieciōs. Quod si dicas totum id decretum non esse uisum receptum, ut diximus num. 18. id non obstat, quia Pontifex in ea parte non uidetur statueri nouum ius quantum ad potestatem hos eieciōs compellendi ad reditum, & ipsorum obligationem ad redeundum, sed ea supposita obligat Prælatos ad diligentiam hanc eos querendi, & compellendi adhibendam; quippe si eieci hi vinculo suæ professionis non tenerentur, astringi non possent ad reditum, cum capessere religionis institutum, a quo quispian liber esse, debeat esse uoluntarium. Secundo, quia professi eieci non liberantur uotorum obligatione, & ueri eiusdem ordinis religiosi manent, ut probauimus numero 27. Ergo sunt in malo statu, quandiu per ipsos steterit, eo quod mores non corrigunt, quominus admittantur, tenenturque id procurare, nedum a superioribus coacti redire. Tertio, quia ob eorum delicta non debent commodum libertatis consequi, & fieri potioris conditionis, quam alij religiosi. Nec obstant rationes contrariæ adductæ num. 24. Non prima, quia seruus potest liberè manumitti a Domino, & ideo expulsi ab illo consequuntur omnino libertatem; at professus religionis nequit absolui a professione monastica, & a suorum uotorum obligatione. Nec obstat etiam secunda ratio, quia non est iudicatum absoluti monachum illum ad iugo monasticæ professionis, & ab obligatione redeundi, si redire inbeat, & correctus admittatur. Nec iniustum est ad hoc cogi, quin potius esse iustissimum, nec ex culpa sua liber euadat. Nec est delicti prioris pena, sed consequitur obligationem professionis, quam spontè emisit, a qua non est absolutus. Et ita docent D. Bonauent. in regul. D. Francisci. cap. 14. ad fin. Humbertus in reg. D. Augusti. cap. 99. Syluest. verbo. apostasia. quest. 6. num. 10. & verbo religio. 6. quest. 12. num. 1. Passarellus in priuileg. Miminorum cap. 16. additio ad Nauar. lib. 3. consil. in 2. edit. tit. de regular. consil. 77. fin. referens generale Dominicanorum Capitulum Parisiis habitum hanc sententiam amplexum fuisse. Cordub. reg. D. Francisci. cap. 2. N 4 quest. 22.

quæst. 21. unct. 1. Svar. 5. 10. in 3. p. disp. 27. scilicet. 5. m. 20. Vazq. 1. 2. m. 196. art. 4. disp. 1. 65. cap. 8. m. 87. Leonardus lib. 2. de iur. disp. 1. 21. dub. 1. 5. num. 121. Id etiam aperte videtur docere Molina tom. 1. de iustitia. disp. 1. 40. col. penult. paulo ante §. quod ad votum. & Manuel quæst. regular. tom. 1. quæst. 30. art. 19. vbi de horum eiectionum obligatione tractantes dicunt satis esse, si conentur taliter vivere, vt digni sint, qui reus admittantur, paratque sint in eadem religione Prælati obedire, si sublati impedimentis iterum recipiantur. Idem aperte supponunt Angelus verbo religiosus. num. 42. Tabiena verbo religio. quæst. 21. num. 26. vbi Armil. num. 15. vbi dicunt tunc integrum esse eiectionis ad aliam religionem transire, quando desperata est admissio in aliquod pristinae religionis monasterium, vbi clarè supponunt, quotiescunque religio voluerit ipsos admittere, eos non exulari ab hac obligatione. Quare bene D. Bonaventura, Humbertus, Passarellus, & Corduba ibidem dicunt, religioni integrum esse hos religiosos reuocare, quando in alia professi non sunt. Et Federicus consil. 1. 34. ait, vt monachi eiectioni possint plenè à claustrò absolui, exigi, vt ad aliud monasterium, aut ad curam animarum transferantur.

31 Non tamen dum extra religionem sunt præter redire obediunt religionem præcipientibus, quia eo ipso quod eos eiecerunt, constituitur eos extra ipsorum potestatem, & curam, ac subinde obedientiam, & hoc est quod Doctores num. 26. allegati intelligunt, dum dicunt hos liberos esse à voto obedientie, quia tantum promiserunt obedientiam, dum sub cura, & potestate superiorum manerent. Et hæc partem aperte tenet Azor lib. 1. 2. in iustitia. moral. cap. 16. quæst. 11. immediate ante versicul. hinc etiam soluitur. vbi ait, hos eiectionis teneri eo esse animo vt superiorum iussu obtemperant quandoque in eorum cura, & potestate erunt constituti; & Leonard. lib. 1. de iust. cap. 41. fin. vbi ait cessare ex parte executionem voti obedientie ob defectum materiam, nempe, quia hi carent superiore à quo dirigantur, vt Molina tom. 1. de iustitia. disp. 1. 40. col. penult. paulo ante §. quod ad votum. & Manuel quæst. regular. tom. 1. quæst. 30. art. 19. vbi dicunt satis esse his eiectioni, si parati sint ad obediendum Prælati intra religionem, si in eam iterum admittantur, & clariùs idem Molin. tom. 1. de iustitia. disp. 2. 76. col. antepenult. §. quod ad ceteros. vbi ait hos eiectionis carere superiore cui parent, & cuius ductum, aut voluntatem sequi teneantur.

32 Secundo deditur, quid in ea quæstione dicendum sit, an eiectioni hi possint quoque cogere religionem, vt eos iam plenè correctos admittat; quippe id ex eo probari videtur, quod cum religio ius habeat hos reuocandi, videntur etiam ipsi iure cogende religionis potiri post sufficientem correctionem, ne dispar virtusque contrahentis conditio existat. Idque affirmat Nauarr. lib. 3. consil. de regularib. in 1. edit. consil. 51. fin. in 2. consil. 18. fin. Cordub. in regul. D. Francisci. cap. 2. quæst. 71. punct. 2. Molin. tom. 1. de iustitia. disp. 1. 40. col. penult. §. quod ad votum. Tapia auhent. in pres. verb. sua. cap. 6. num. 43. Leonard. lib. 2. de iustitia. cap. 41. dub. 15. num. 112. versic. versus tamen puto. Limitat Cordub. nisi aliud obstat, vt pote si sit probabile scandalum ex tali admissione, vel si redeant morbo aliquo contagio infecti, vel aliis inhabiles ad ordinis officia; vel tandem, si ad aliorum terrorem valde conducatur, hos iterum non admittit. Similiter limitat Leonardus, nisi religio iustas non admittendi causas haberet. Quæ sententia verissima esset, si seruanda esset decisio textus capituli final. de regularib. qui hos iterum admitti iubet, quando religionis regula non repugnat, eaque repugnante iubet, vt in ergastula monasterij includantur, vt retulimus n. 1. 1. verum cum ea decisio aut de solis iniustè eiectionis intelligenda sit, iuxta Doctores quos retulimus num. 17. aut vsu abolita sit, vt diximus num. 18. dicendum est, religionem nequaquam ad hoc

teneri, quia iusta sententia sunt in perpetuum ex parte religionis eiectioni, qua tuta conscientia potest iuari religio; nec mirum si dispar sit eiectionum, & religionis conditio: hac enim disparitas merito, & iure optimo inducitur propter eiectionum delictum, sicut in matrimonio carnali eadem disparitas reperitur inter coniugem innocentem, & adulterum; innocenti enim integrum est post diuortij sententiam adulterum ad reconciliationem cogere, quod ius adulterum quantumvis emendato denegatur. Et ideo hæc partem tenent Manuel

33 Tertio deditur, immeritò Nauarr. lib. 3. consil. str. de regularib. in 1. edit. consil. 64. fin. in 2. consil. 80. fin. dixisse, forte eiectiones pro iustam sententiam diffinitiuam à religione non posse ad illam redire absque noua professione, etiam de consensu superiorum, saltem ad eum gradum, & locum, in quo ante eiectionem erant, quamuis subiciat, se nec hoc approbare, nec reprobare. Ad dicendum est, nullatenus noua professione indigere, quia à priori non sunt absoluti, sed eius obligatio ad tempus, quo hi extra religionem manent, est quoad aliqua suspensa, nec sunt omnino à regularum obligatione absoluti, sed solum quando iterum in religionem non admittuntur. Et ideo hæc partem tenent Manuel quæst. regular. tom. 1. quæst. 30. art. 18. & eandem tenentur sequi omnes Doctores, quos num. 27. retulimus, dicentes hos à professione priori non absolutos; & consonat hoc ius, quæ diximus cap. 6. n. 31. vbi probauimus, monachum Episcopum redeuntem ad suam religionem non indigere noua professione. Subdit tamen Manuel eo art. 18. fin. eos iterum ad religionem receptos minime reititendos esse ad eum locum, & gradum, in quibus ante repulsum erant, quia denuò se subiciunt potestati eius, à quo per repulsum liberi erant. Ad hæc ratio non probat intentum, quia ea obligatio non extincta erat, sed tantum suspensa, donec ad religionem redirent, manente firma priori professione. Ergo prioris antiquitas, & gradus seruanda sunt; & ita credo, nisi ob præterita delicta, his per superiores priuentur.

34 Quarto deditur, immeritò aliquos Doctores dicere, hos religiosos eiectiones, quando admissio in suam pristinam religionem post debitam correctionem desperatur, teneri ad aliam religionem transire. Ducuntur autem, quia eo ipso quod in hac professi sunt, religioni in genere sese generatim astrinxere: cum ergo in hac iam nequeant esse, tenentur aliam ingredi, non enim eorum conditio per repulsum dicitur esse melior. Et ita docent D. Bonauent. in regul. D. Francisci. quæst. 14. ad finem. Cordub. in eadem regul. cap. 2. quæst. 21. punct. 3. D. Antonin. 3. part. tit. 1. cap. 4. fin. Passarel. super priuilegia Minim. cap. 26. & cap. 39. fin. & id supponunt D. Antonin. eo tit. 26. cap. 5. §. 3. fin. Angelus verbo religiosus. num. 41. Syluest. verbo religio. 6. quæst. 12. Armil. verbo religio. num. 15. & ibi Tabiena q. 15. n. 26. vbi dicunt, hos eiectiones, quando in suam religionem non admittuntur, nec inueniunt aliam, posse in seculo viuere. Et idè clarè sentit Federic. conf. 38. vbi rogatus de quodam eiectione non inuenienti religionem volentem illum admittere, ait Episcopum debere curare, vt in aliquam recipiatur, & si non inueniatur, debere ipsum Episcopum admittere eum ad professionem in genere, & ei deputare habitum regularem, ita vt seruet vota: & tanquam probabile tenet Sorbus in priuileg. Mendicantium. verbo eiectione. in suis annotationibus in fin. & idem tenet Altiiodor. lib. 3. sua summa. tracl. 22. quæst. penult. de religio, cuius omnino destructa est religio, & idque probat, quod religiosus sic dominium sui transfulerit in Deum. Ad omnino tenendum est contrarium, quia professus minime vouet religionem in genere, sed hæc: ergo vel ad hæc, vel ad nullam tenetur. Addo, etiam si generatim in ea professione censeretur religio promissa, et etiam manens in seculo religiosus est, & tribus vocis obstrictus, quamuis iusta sententia

damna

damnatus, viuat extra claustrum. Et ita clarè tenent hæc partem Sorus lib. 7. de iust. quæst. 2. art. 1. in solutione ad 3. sub finem. Philarcus de offic. sacerdot. lib. 1. part. 2. lib. 2. cap. 71. fin. dum dicunt hos eiectiones, dum correcti adhuc repelluntur, tutos manere in seculo: & in propriis terminis docent Nauarr. comm. 2. de regular. nu. 36. Azor lib. 12. in iustitia. moral. cap. 16. quæst. 7. & quæst. 13. & cap. 17. quæst. 1. Molin. tom. 1. de iustitia. disp. 1. 40. col. penult. paulo ante §. quod ad votum. Leonard. lib. 2. de iustitia. cap. 41. dubio 15. num. 111. Manuel quæst. regular. tom. 1. quæst. 30. art. 20. Atque idem dicendum est contra Altiiodorensem de religioso cuius omnino destructa est religio, non enim tenetur ad aliam; neque obstat eius ratio, quia non transfuit dominium sui quoad omnem regulam, sed quoad illam solum, quam professus est.

35 Sed duplex est circa hoc difficultas. Prima, an hic professus eiectionis possit propria autoritate ad aliam religionem, siue æqualem, siue laxiorem transire: Quidam negant licitum esse hunc transitum absque speciali Romani Pontificis dispensatione. Ducuntur, quia Gregorius XIII. in Bulla concessa Societati Iesv, incipienti; Cum alias felicit. recordationis, indulgeti Generali Societatis Iesv, vt ex ipsius licentia possit professus ab illa eiectione transire ad aliam religionem, prohibetque esse indulti communicationem omnibus aliis religionibus sua priuilegia cum prædicta Societate copiosè participantibus. Ergo supponit esse necessariam licentiam, nec posse superiores religionem eam concedere, sed solum Papam. Item, quia professus quantumvis eiectionis perseuerat religiosus illius ordinis, & illi subiectus, & tenetur reuocatus redire, vt probauimus num. 30. Sic tenent Cordub. in regul. D. Francisci. cap. 2. quæst. 21. punct. 3. Suarez tom. 5. in 3. part. disp. 12. sect. 5. num. 20. Alij verò centum ex licentia sui Prælati posse hunc transire ad æqualem, seu laxiorem, quando nulla subest spes, vt in propriam admittatur. Sic docent Angelus verbo religio. num. 42. & Tabien. verbo religio. quæst. 25.

36 Ceterum existimo posse hunc ad aliam religionem, siue æqualem, siue laxiorem absque vlla prioris licentia transire. Hoc tenent D. Antonin. 3. part. tit. 16. cap. 4. fin. dicens se vidisse consilia peritorum hoc tenentium. Armil. verbo religio. num. 15. Nauarr. lib. 3. consil. tit. de regul. in 1. edit. consil. 51. num. 1. in 2. consil. 78. nu. 2. Passarel. super priuileg. Minim. cap. 39. fin. Emmanuel Sà summa. verbo religio. num. 40. Manuel Rodrig. quæst. regular. tom. 1. quæst. 30. art. 71. & sequitur tanquam probabile Sorbus in compendio priuilegiorum Mendicantium; verbo eiectione. in suis annotat. in fin. idemque supponit idem Manuel 2. tom. summa. cap. 6. num. 11. vbi dicit valere professionem in alia religione, quando eiectionis tanquam incorrigibilis tacet professionem in priori. Quæ sententia intelligenda est, quando professus ille in perpetuum eiectionis est, ita vt quantumvis correctus, nulla subest spes, vt admittatur. Nam quando correctus admittitur, cum teneatur ad priorem religionem redire, & se corrigere vt admittatur, manifestum est, cum non posse ad aliam religionem transire absque legitima licentia: & ita bene temperant Armil. eo n. 15. Ducor, quod hic exemptus est ab obedientia, & obseruantiis illius religionis, & potest liberè in seculo manere: ergo à fortiori poterit ad aliam religionem transire. Secundo, quia lata diuortij sententia, si coniux innocens monitus nolit adulterum sibi reconciliare, potest adulter statum mutare proficendo in aliqua religione, vt probauimus lib. 10. de matrim. disp. 10. num. 16. Item, quia prior religio non habet ius omnino in professum expulsum, vt ipsum quæst. ligatum habeat, ne possit sibi consulere statum alium religiosum eligendo, si ad reconciliationem minime admittatur, sed solum habet ius reconciliandi quantum statum non mutauit. Nec obstat ratioes contrariæ, quia ad priorem respondeo, priuilegium Societatis Iesv, quod aliis religionibus non comuni-

cat, in eo consistere, vt possit solus Generalis Societatis eam indulgere licentiam quibuscumque professis ab ipsa eiectione, cum tamen non quicumque professi eiectioni possint propria autoritate ad aliam religionem transire, nec solus Generalis aliarum religionum possit eam licentiam concedere; sed solum poterit transire, quando sufficienter correcti non admittuntur in religionem pristinam, aut de licentia Generalis, aut Provincialis, cum consensu conuentus, vt probauimus hoc lib. 6. c. 7. n. 66. & 69. Nec obstat etiam posterior ratio, quia constabit eius solutio ex dicendis num. sequenti.

37 Immo & iniuris prioris religionis superioribus reuocantibus admissionem post debitam huius eiectionis correctionem, potest hic ad aliam religionem transire, sicut de coniuge adultero, dum innocens reconciliationem resistit, probauimus lib. 10. de matrim. disp. 10. num. 16. quod ea voluntas refragans ingressi, huiusmodi, nec volens admittere, sit irrationabilis.

38 Hinc deditur; etsi possit hic religiosus eiectionis ante professionem in posteriori religione, & tempore nouitatus reuocari à priori, & quod verus prioris religiosus sit, & quoad reuocationem hæc subiectus Prælati prioris illius religionis: at post professionem non poterit, quia res iam non est integra, & desinit esse religiosus prioris, & posteriori obligatur per professionem illam validam, sicut de coniuge adultero, qui post diuortij sententiam renuente innocenti reconciliationem transiit ad religionem, probauimus eodem lib. 10. de matrim. disp. 10. num. 16.

39 Demum id obseruandum est, Innocentium IV. concessisse fratribus Minoribus, vt eiectione ex illorum ordine possint transire ad alios ordines approbatos, præterquam ad ordinem D. August. Templariorum, Hospitaliorum, & aliorum religiosorum arma portantium, deferendo tamen testimonium Generalis, vel Provincialis ordinis dicti Minorum: & prohibuit ne aliter dicti religiosi absque licentia Sedis Apostolicæ admittantur. Circa quam concessionem dubitari merito potest, an professio in alia religione fratris Minoris sit eiectione, nec deferentis suæ eiectionis testimonium, valida sit, Manuel Rodrig. tom. 1. regular. quæst. 30. art. 21. fin. negat valere. Dicitur, quia tanquam forma sub qua conceditur licentia eius transitus, petatur id testimonium; at deficienti forma deficit quodque valor actus. Sed melius idemmet 2. tom. summa. 2. 6. n. 11. dicit valere professionem, quia Pontifex eam non irritat, nec testimonium illud petitur tanquam necessaria forma, sed tanquam res præcepti, vt de legitima monachi consistet eiectione.

40 Secunda difficultas est, an professi eiectioni possint à superiori eiectioni compelli, vt ad aliam religionem transire; Nauarrus variis in locis fortiter defendit partem negantem, vt comment. 4. de regularib. num. 71. & lib. 3. consil. tit. de regularib. in 1. edit. consil. 17. fin. & consil. 50. n. 2. & consil. 64. num. 1. & in 2. consil. 16. fin. & consil. 77. nu. 2. & consil. 80. num. 1. idem tenent Leonard. lib. 2. de iustitia. cap. 41. dub. 15. num. 114. fin. addens nec Pontificem posse ad id cogere. Manuel Rodrig. quæst. regular. tit. 1. q. 30. art. 22. & Vega tom. 2. summa. cap. 86. ad fin. 1. qui duo hæc in fine loquantur de religione strictiori, at in principio loquuntur sunt indistinctè, & ratio qua hæc partem probant, etiam probat de quacunque religione. Et hæc partem tanquam probabilem tenet Sorbus in compend. priuilegiorum Mendicantium, verbo eiectione. in suis annotationibus in fin. & idem tenet loquens de strictiori religione Grassi 1. part. decis. lib. 3. cap. 5. num. 147. probatque Nauarrus eo consil. 50. & 77. quia sicut iudex nequit extra sue iurisdictionis territorium aliquid iubere. I. finali. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & cor. 2. de constitucione. b. in 6. ita neque extra iurisdictionis territorium valet enim argumentum de loco ad tempus, I. vltim. ff. de reb. credit. Ergo cum hic superior habeat solum iurisdictionem in hunc religiosum, dum manet et subditus in religione,

religione, & ab illa expulsus desinat esse ei subditus, non poterit superior precipere vt post repulsum ingreditur aliam religionem. Et confirmatur, quia paria sunt aliquid fieri tempore inhabili, & referri ad tempus inhabile. *In tempore. ff. de hered. instit. Secundo potest probari ex l. fin. C. de penis. ibi. Patrie Praefes ultra tempus ad ministrations sua interdiceret non potest.*

41 Hi vero censent posse Praelatum ad id cogere, quia tempore, quo cogit, est religiosus ille sub eius obedientia, & per professionem ita se religioni obligavit, vt nullatenus integrum ei sit ad seculum redire. Ita docet D. Bonau. in *regul. D. Francisci. quest. 14.* Passarellus in *privilegia Minorum. cap. 16.* & tanquam probabile amplectitur Sorbus allegatus num. praeced. & Antonius de Amatis *decis. Gemens. 46. in fin. ait;* Mendicantes possunt cogere eiectum ad intrandum aliam religionem.

42 Sed prior opinio tenenda est, ita vt nullus superior ad id cogere possit. Ducor autem non fundamentis ad Nauarro allatis, quia vt Iudex per sententiam diffinitiuam possit cogere, satis est vt damnandus sit ei subditus tempore, quo sententiam profert, sitque tunc intra suum territorium; & haec concurrunt in nostro casu, aliis nullus Iudex possit damnare triribus, vel exilio decennio, si antea contingeret suum munus finire, & damnatus ille, dum est in triribus, vel in exilio, esset extra suum territorium; & dum textus *l. fin. C. de penis. decidit*, non posse Iudicem interdiceret ultra suae administrationis tempus, Gloffa *ibi. verb. administrations.* & *l. i. verbo obtempera. C. de postulando.* & ibi Salyc. num. 4. dicunt hoc intelligi quando Iudex procedit per modum mandati; scilicet quando causa cognita profert sententiam. Vel intelligitur, vt explicat Bartol. *aa. l. i. num. 2. Bald. num. 1. Paul. num. 1. Salyc. num. 1.* quando iubet per sententiam interloquutoriam, scilicet quando per sententiam diffinitiuam, quia haec sententia fertur praemissa causa cognitione, & magna solemnitate interueniente. Cum ergo ante repulsum ad religionem, dum hic subditus erat, damnatus sit per sententiam diffinitiuam, vt eieceretur ab ea religione, ad aliamque transiret, & transferret in rem iudicatum, eo non appellante, non obstat obligationi parendi cum futurum extra huius Praelati iurisdictionem tempore, quo sententia exequenda est. Quare legitimum huius sententiae fundamentum est, quod professio religionis debeat esse voluntaria, sicut & matrimonium; ac proinde sicut in nullo casu potest quis ad matrimonium cogi, nisi ipse se ad illud ineundum propria voluntate obligarit: ita nec ad religionis professionem. At professus in aliqua religione non se obligavit ad profitendum in alia; & ideo etiam quis ob sua delicta damnari possit, vt in monasterium penitentiam acturus detradatur. *cap. quoniam de simonia. at vt in illo profiteatur cogi nequit.* Ex quo sequitur, posse per hanc sententiam diffinitiuam cogi eiectos hos ad aliam penitentiam suis delictis condignam subeundam. Et ita tenet Manuel Rodrig. *qq. regul. tom. 1. quest. 30. art. 22.*

43 At potest superior religionis cum professum sub ea conditione eiecerit, vt transeat ad aliam religionem; cui conditioni professus ille conueniens tenebitur aliam ingredi, aut non ingrediens, ab ea re tempore nouitatus recedens tenebitur tanquam non impleta conditione ad priorem redire, & qua sub illa solum conditione absolutus erat; & sic feruatur in praxi in Societate Iesuy cum professis ab illa eiectis: potestque idem seruari cum ligatis solis biennij votis, vt pote qui verè, & plenè subditi sint. Poterit enim Pater noster Generalis non aliter eos absolueret ab illorum votorum obligatione, nisi ad aliam religionem transeat: immo & idem poterit superior cum nouitiis eiusdem Societatis, qui ex sua deuotione vota emisere iuxta Societatis formam. Nam etiam per illa non transeat in superioris iurisdictionem, & potestatem: at poterit superior nolle ab iis

votis liberos eos reddere per dimissionem ad Societatem, nisi sub praedicta conditione; sicut possit nolle absolueret, nisi alia commutatione acceptata. Et ita Pius V. in quadam Bulla concessit Societati I. S. V. & referunt in eius priuilegiis, *verb. apostata. §. 9.* vt eiecti ab ipsa post professionem, aut biennij vota cum conditione transeundi ad aliam religionem, teneantur intra tempus ad Generalem praefixum ingredi, & si non ingrediantur, aut ingressi non perseverent, teneantur abique vlla mora ad Societatem regredi sub excommunicationis latae poenae referuatae Pontifici, aut Generali Societatis.

Vnde fit, eiectos post vota biennij, aut professionem ad Societatem sub praedicta conditione, teneri Societatem admittere, si postea non ingressi, aut non perseverantes redeant, cum absolute nondum expulsi sint: at si iudicaret eos repulsi absoluto dignos, possit iterum absolute expellere.

Quintò deducitur, hos professos eiectos ad religionem nihil tanquam proprium posse sibi acquirere, aut capere, neque acquirere alicuius rei dominium, sed solum ius habere acquirendi vsum eorum, quibus ad victum, vestitum, & habitationem indigent. Constat ex dictis num. 23. vbi probauimus hos teneri voto paupertatis, prout status eorum patitur. Ita docet Nauarr. *comment. 2. de regularibus. num. 35.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 4. dub. 15. num. 112.* Sayr. *dau. regie lib. 6. cap. 9. num. 18.* Molina *tom. 1. de iust. disp. 1. 40. colum. antepenult. §. quando verò. & tom. 2. disp. 776. colum. antepenult. §. quod ad ceteros.* Azor *lib. 12. in iust. moral. cap. 16. quest. 4.* qui bene addit, hos nec vsum, nec vsum fructum, qui in iure consistit, sibi comparare, sed nudum vsum, qui res est facti, non iuris, quia prior vsum, aut vsum fructus pugnat cum voto paupertatis. Addit Sayro, non posse hunc diuitias accumulare: sed id non credo, quippe non aduerfatur paupertatis voto haec accumulatio retento solum illarum vsum. Addit etiam Nauarr. teneri hunc licentiam Episcopi obtinere, vt bona, quae comparat, conuertat in proprios vsum sibi necessarios. Sed loquitur Nauarrus consequenter ad sententiam ipsius, quam retulimus, ac impugnauimus num. 28. & 29. Quare eam licentiam minime desiderari dicendum est, sed, vt bene docent Molin. vtroque loco citato, Leonard. *eo. dubio. 15. num. 113.* Manuel Rodriguez *qq. reg. tom. 1. quest. 30. art. 19.* eo ipso quod ad religionem eiecitur, censeri tacite esse concessam administrationem, & commoditatem vsum rerum, quas comparant.

Sextò deducitur, hos non posse testari, quia potestas testandi pugnat cum paupertatis voto, nec hi sunt domini eorum bonorum, sed solum vsum, & commoditas eorum conceduntur illis dum viuunt. Et ita docet Molina *ea disp. 277. §. quod ad ceteros.* Leonard. *eo. dub. 15. num. 113.* Sayro *eo. cap. 9. num. 28.* Cui autem acquirant, & an sint capaces beneficii secularis, dicemus tractatu de voto paupertatis, vbi etiam explicabitur, an sint capaces succedendi, si ab ordine Minorum, vel ad Societate sint professi eiecti.

Sed maior difficultas est, an si in illicita, & superflua expendant, teneantur accipientes ab eis restituere? Videntur enim teneri, quia illi non sunt domini, sed administratores, & hoc ad vsum licitos, & necessarios; nec superior religionis potest concedere licentiam expendendi in superflua, & illicita, & accipientes non obstant ea licentia teneantur restituere, vt dicemus tractatu de voto paupertatis. Et ideo haec pars est valde probabilis, & conformis communi sententiae traditae, vt bene ait Leonardus *ibi.* & Molina *tom. 2. de iust. disp. 276. versic. quod ad ceteros.* & *disp. 520. paulo post. principium.* nempe, hos non teneri restituere, quoniam commoditas tota, vsum, & dispositio illorum bonorum, interum dum viuunt, perinde ad ipsos spectat ac si religiosi non essent, neque habent iam tunc, cui in

ea parte pareant, & cuius ductum, & voluntatem, in ea parte sequi teneantur, sed perinde quoad administrationem, acquisitionem, & alienationem eorum bonorum se habent, ac si dominium illorum haberent, ac sui iuris omnino essent; quod quidem vsum ita comprobatur, & monasterium nullam penitus curam habere de horum bonorum administratione. Et quamuis dum religiosus ille manet religiosi subiectus, ea facultas tanta ampla concedi nequeat; at per repulsum eo ipso conceditur, cum iam pro tunc non maneant perfectè voto paupertatis ligati, sed secundum quid. Cui sententiae satis fauent Doctores, quos retulimus num. 26. dicentes, religiosus hos eximi ad paupertatis voto. Consonant his, quae diximus supra in hoc lib. cap. 6. n. 13. de religioso Episcopo in vltis prophanos expendente bona.

48 Sed rursus difficultas esse potest, an saltem peccent contra paupertatis votum sic illicite, & superflue expendentes, an solum peccatum committant, quod quicumque seculares sic expendentes perpetrarent? Videntur enim peccare contra votum paupertatis, quia non sunt domini, nec expendunt in vltis licitos, prout paupertas promissa patitur. At ex doctrina num. praecedenti tradita clare deducitur, eos non peccare contra paupertatis votum, cum de eiusmodi bonis possint in vita dispendere, perinde ac si merè seculares essent, ac veri domini. Insuper, quia quidquid religiosus donat, aut consumit contra paupertatis votum, tenetur accipiens restituere, vt pote acceptum absque legitima licentia ad transferendum illius dominium. At sic accepta, non sunt obnoxia restitutioni; ergo dispendens non peccat in votum paupertatis.

49 Quare a fortiori poterunt vitae suae tempore faerè donationes non malas, & elemosynas, quas voluerint, cum plenam eorum bonorum administrationem habeant, vt bene docet Molina priori loco allegatus num. 47.

50 Quod si ad victum necessaria huius eiectis sufficiant, non tenentur manuum suarum labore acquirere, sed integrum eis est emendicare, sicut cuiusque seculari liberum est omnia pauperibus erogare, & ex elemosynis emendicatis viuere. Sic Nauarr. *comm. 2. de regularibus. n. 37.* Azor *lib. 12. in iust. moral. c. 16. §. fine.*

51 Tandem superest disputandum, an teneantur hi ad obseruantias regulares, & reliqua vota iuxta religionis suae institutum in ea emissis, praeter tria substantialia, castitatis, paupertatis, & obedientiae? Et loquendo de obseruantis regularibus, aliqui videntur asserere hos teneri, quia iniquum est, vt commodum exemptionis ex sua iniquitate reportent. *cap. 1. de postul. Praelat. & cap. Sedes Apostolicae de rescriptis.* Sic videntur sentire D. Antonin. *3. part. in. 16. cap. 5. §. 3. sine Angelus verbo religiosus. num. 42.* Syluester *verb. religio. 6. quest. 17.* Armilla *verb. religio. num. 15.* Cordub. in *reg. D. Francisci. cap. 2. quest. 21. punct. 3.* Passell. in *privileg. Minorum. cap. 9. §. fin.* autem enim hos non inuenientes religionem, in quam admittantur, teneri viuere regulatè.

52 At dicendum est, eos non teneri ad obseruantias regulares, vt ad ieiunia, vigiliis, delectum ciborum, quia omnia haec comitantur vitam monasticam, & ratione solus religionis, a qua expelluntur, tenebantur ad illam. Et confirmatur, nam talis professus per se, & immediatè solum vnius tria substantialia vota, reliqua verò mediatè, & consequentiè, supposito, quod in eadem religione perseveraret; vt sic vnius voti ad specialem regulae obseruantias, donec de factò profiteatur: ita similiter non teneri eiectus. Nec obstat ratio contraria, quia est absurdum sic reportare per se commodum exemptionis ex delicto; at reportare per accidens ratione alicuius principalis quod desuit, cui obligatio illa accessoria erat, nil absurdi continet, & id contingit in hoc casu. Nam quia obligatio ad eas obseruantias est

annexa perseverantiae in religione, deficiente hac per expulsionem legitimam, & perpetuum eo eiecti demerita, deficit per accidens, & consequenter obligatio accessoria. Et ita sustinet Sotus *lib. 7. de iustis. quest. 2. art. 1. in solutione ad 3. sub fin.* Nauarr. *comment. 3. de regularibus. num. 46.* & *lib. 3. consil. tit. de regularibus in 1. editione. consil. 51. n. 2. in 2. consil. 78. num. 2.* Aragon *2. 2. quest. 55. art. 3. fol. 997. §. hucusque diximus.* Philiaucus de officio sacerdot. *tom. 1. part. 1. lib. 3. cap. 21. fin.* Sayro *thesaur. casuum. tom. 2. lib. 1. num. 28.* Etmann. *Sà sum. verbo religio. num. 40.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 15. fin.* Conrad. in *suis respons. 1. part. quest. 285.* tanquam probabile sequitur Sorbus *verbo eiecerit. in suis annotat. sine.* An verò teneantur ad horas canonicas, dicimus tractatu de horis canonicis,

Nec approbo quod ait Manuel *1. tom. qq. regular. quest. 30. art. 19. fin.* vbi praedictam sententiam limitat, vt intelligatur de ieiuniis, ad quae non obligat regula sub culpa mortali, vt contingit in ordine Praedicatorum, & de his art locutum Sorum num. praecedenti allegatum. Quare concludit, fratres Minores professos eiectos in perpetuum non liberari ieiuniis, ad quae eorum regula sub mortali obligat. Sed hanc limitationem non approbo, tum quia omnes praedicti Doctores indistinctè loquuntur, nec eos latebat in aliquorum religionum regulis contineri aliqua praerupta sub mortali obligantia, & eorum ratio generalis est, & in omnibus hoc idem probat; tum etiam quia Nauarrus *eo comment. 3. de regul. num. 46.* dicens, eiectos liberari obligatione regulae, & ieiuniorum ipsius, meminit fratrum Minorum, nec eos exceptit, immo subdidit, posse quoque eos tangere penurias, cum tamen contrarium in sua regula interdicatur.

Limitatem tamen praedictam sententiam, vt intelligatur de eiecto in perpetuum tanquam incorrigibili, ita vt nulla subit spes, vt emendatus admittatur iterum; nam quando subest ea spes, non censetur eiectus in perpetuum, sed donec corrigatur, & ita tenetur se corrigere, & correctus petere, vt iterum admittatur, & si denegetur admissio, ex tunc manebit liber ab obseruantis regularibus. Hoc clare indicant Sorus, Aragon, Philiaucus, Sayro num. 50. allegati. Nam prius dicunt teneri hos eiectos se corrigere, & si post correctionem non admittantur, eos manere liberos a iugo regulae.

Hinc deducitur, hos eiectos in perpetuum non teneri deserere habitum suae religionis, quia cum eo spoliatur per iustam sententiam, eo vti nequeunt. Sic Nauarrus *comment. 2. de regularibus. num. 36.* & *lib. 3. consil. in. de regul. in 1. edit. consil. 51. num. 2. in 2. consil. 78. num. 2.* Azor *tom. 1. in iust. moral. lib. 17. cap. 18. quest. 13.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 15. num. 112.* Sayro *clau. reg. lib. 6. cap. 9. num. 28.* Manuel *qq. regul. tom. 2. quest. 30. art. 26.* Atque limitant bene Sayro & Manuel, quando habitu spoliarentur; nam si non spoliarentur, non poterunt illum dimittere, quia delatio habitus non est annexa obligationi regularum religionis, nam Episcopus est his exemptus, cum tamen habitum suae religionis deserere telearur.

Sed quid dicendum de aliis votis, ultra tria substantialia in religione, iuxta eius institutum emissis, vt in religione fratrum B. Mariae de mercede emittitur quartum votum vacandi redemptioni captiuorum, & in ordine Minimorum quartum votum solemne vitae quadragimalis? Videntur enim hi eiecti obligari his votis, quod ea expressè emisissent, & nulla fit ratio eorum obligatione liberentur: sicuti si vissent aliqua recitare, tenerentur. Et satis fauere huius parti Sorus, Aragon, Philiaucus, Sayro, Conradus allegati num. 50. dicentes enim hos eiectos non teneri ad regulares obseruantias, eam reddunt rationem, quod eas non expressè vouerint. At in contrarium verget, quod haec vota emittantur vt annexa professioni illius vitae monasticae,

fricæ, & vt illam concomitantia, & quasi accessoria. Cum ergo hi liberi euadant à principali vite monasticæ obligatione, liberabuntur quoque obligatione accessoria horum votorum, non ita vt illa transeant, sed vt eorum obligatio suspendatur, dum hi extra religionem sunt. Præterea, quia votum definit obligare, quando est ita notabilis mutatio facta materiae, vt reddatur notabiliter difficilior, & que à principio præuisa retraheret à voti emissione, vt probauimus lib. 4. huius operis. At in nostro casu facta est mutatio non solum notabilis, sed etiam notabilissima. Tandem, quia ea vota emittuntur ad felicem religionis statum conferuandum. Ergo tandiu censentur obligare, quandiu professus est de eius corpore. Et ita hæc pars mihi placet, non vt ea vota omnino extinguantur, sed suspensa sint, quandiu durat ea conditio. Solam enim hanc suspensionem probant rationes prædictæ; nec est similis ratio de votis peculiaribus, quæ ille emittit in religione, quia hæc nullam habent connexionem, aut dependentiam à professione, & à vita regulari: & forte de his votis intelliguntur prædicti auctores; & hanc partem expressè tenet Vega 2. tom. summa. cap. 86. casu 16.

77 Rursus dubitari possit, an hucusque dicta de eiectionis vera sint, quando iniusta est eiectionis, & de damnatis poenæ triennium. Et quidem quando iniusta est eiectionis ipsa, & iusta secundum allegata, & probata, credo habere verum hucusque dicta de eiectionis, quia eiectionis est valida, & perpetua; at quando iniusta omnino est, videtur hos non eximi à regularis obseruantie obligatione, & cæterorum ad quæ alij religiosi obligantur, quia cum eiectionis illa non sit valida, minimè exonerat eiectionis, sed manent vera illius religionis membra. Nihilominus dicendum est eos manere exemptos, sicut ceteri iustè eiectionis, quia exemptio hæc non pendet ex iniustitia, aut iniustitia expellenti, sed ex necessitate, & impossibilitate expulsi, quæ æqualia sunt in eiectionis iniustè, immo si quid affert commodi eiectionis illa, eo potius potiri debent iniustè eiectionis quam ceteri. Ad rationem in contrarium respondentem, eiectionem iniustam validam quidem esse ad exonerandum eiectionis, inualidam tamen esse ad exonerandum religionem.

78 De damnatis autem poenæ triennium, si in perpetuum damnetur, constat eos liberos euadere, cum eiectionis sit perpetua; at cum poenæ temporalis est, & ea finita admittendi sint ad religionem, existimo eos teneri ad obseruantias regulares, quas commodè possint ibi obseruare, perinde ac religiosi, qui ex iusta causa ex superiorum licentia ad tempus absunt à religione, quia non sunt eiectionis, sed vera illius religionis membra.

79 Demum superest difficultas, an eiectionis hi ad ordines promoueri possint? Ratio dubitandi est, quia non possunt titulo professionis, cum iam non sint à monasterio alendi; nec titulo patrimonij, cum propriam habere nequeant; de qua re bene tractat Natur. lib. 1. consil. in 1. edit. rei de arat. & qualis. consil. 9. in 2. lib. 3. tit. de regularib. consil. 84. & ipsum sequens Manuel 99. regularib. tom. 1. quest. 50. art. 23. & sufficienter posse quidem illi beneficium sufficiens habere, aut patrimonium, ne mendicare cogantur, & dummodo non contraxerint irregularitatem ratione delicti, aut notorietatis grauissimorum criminum, ob quæ eiectionis; quia est dominium habere nequeant, possunt tamen habere vsum patrimonij sufficientis debite sustentationi, ne mendicare cogantur. Quod satis est vt ad ordines promouantur; si tamen irregularitatem contraxerint, est prius petenda dispensatio, vel à Pontifice, si illi referretur, vel ab Episcopo, in cuius dioccesim iuerint habitaturi, si Episcopus in illa dispensare possit.

S Y M M A R I V M.

Proponuntur rationes ad probandum non esse liberum Societatis expellere nos, qui vota in ipsa emisere. n. 60.

feciss aliarum religionum dixi num. 7. at in votis simplicibus biennij, vel coadiutorum formatorum non includitur hæc mutua obligatio. Nam quamuis Ecclesia approbans religionem Societatis, talia vota tanquam veræ religionis acceptet; Societas ea non admittit, & ideo in manibus superiorum non sunt, vt habetur in constitutionibus Societatis. p. 5. §. 1. & lit. D. Dicitur autem Societas ea vota non admittit, non quia promissionem in illis inclusam quæ sibi fit non accipit, sed quia ex vi talis acceptationis ipsa non remanet ad retinendum votentem obligata; & sic debet intelligi quod in declarationibus ea litera D. dicitur, nempe huiusmodi vota soli Deo, & non homini offerri; non enim intenditur Societatem ex vi talium votorum nullum ius acquirere in votentem; sed idcirco id dicitur, quod præcisè eo voto non resulter obligatio in Societate retinentem votentem, licet aliunde oriatur hæc obligatio, vt dicemus n. 64. & 66. scilicet contingit in eo qui sui venditione se tradit in perpetuum aliteri seruitutem, dominionem traditionem acceptante; nam ille quidem verè statu seruitutis perpetuæ ad seruendum domino strictus manet, & licet ex vi traditionis, & acceptationis hie verum ius in illum acquirat, at non manet ad eum retinendum obligatus, sed poterit manumittere. Sic huiusmodi votentes in Societate se per illa vota Societati tradunt stricti ad perpetuè in ea manendum; at Societati liberum est eos dimittere, quamuis aliunde ex vi suarum constitutionum non possit eos dimittere absque iusta causa.

62 Secundo suppono, hos omnes per dimissionem à Societate, liberos profus à votorum obligatione euadere, non per dispensationem, irritationem, aut commutationem, sed quia dum emittuntur iuxta Societatis constitutiones imbibitam habent conditionem, dum Societas eos retinuerit, vt n. 66. probabimus; atque ita cum eos expulserit, cessat eorum obligatio, non quasi Generalis relaxet vota, aut in eis dispenset, sed quia tollit conditionem sine qua ea vota non subsistunt, vt probauimus lib. 4. cap. 24. num. 1. sicut habens votum ingrediendi religionem aliquam in particulari, si in eam non admittatur patiens in perpetuum repulsum, manet liber à voto, non quod fuit irritum, commutatum, aut in eo dispensatum, sed quia religio à qua eius executio pendebat, illum admittere renuit. Ita vota biennij, vel coadiutorum formatorum desinit obligare per expulsionem, absque irritatione, dispensatione, vel commutatione, ex hoc quod Societas non vult eos retinere; vnde ea vota sunt secundum quid conditionalia, & vt diximus, eodem modo, sub eademque forma emittuntur vota aliquando à nouitis volentibus ea ex deuotione emittente, vt constat ex 3. p. constitutionum. cap. 1. lit. T. & p. 5. cap. 4. lit. G. Quare similiter cessant per legitimam à Societate expulsionem.

63 Dum autem dicimus vota hæc cessare per legitimam expulsionem, intelligitur quando ea iuxta Societatis formam emiserunt. Si enim in Societate emisissent ea vota non iuxta formulam votorum ipsius, manifestè est, ratione repulsi à Societate eos non manere liberos, vt constat ex 2. p. consil. cap. 4. §. 1. Societas enim cum expellit aliquem, tamen reddit liberum à votis secundum ipsius formam emisissis, quia hæc vota habent tacitè conditionem, nisi expellatur; reliqua verò non, sed sunt merè absoluta. Quare sicut votum perpetuè perseverantia in Societate, vt expellatur, iudicandum est ac de illo, qui voti religionem, ac perseverantiam in illa, & postea expellitur, de quo diximus lib. 4. cap. 6. num. 106. de religio autem votis spectandum est, an ea obligauerint perseverantia in Societate. Tunc enim quando ita à Societate expellitur, vt non teneatur ad illam redire iuxta dicta eo num. 106. non tenebitur ad ea vota, quia cessante obligatione principali, cessat accessoria; & in dubio hæc esse intentionem credendum illius qui hæc

Summa Th. Sanchez pars 111.

vouit se in Societate seruaturum, immo & illius qui intra Societatem hæc vouit, nec meminit, an suam intentionem restrinxerit ad ea in Societate seruanda, quia rarissimè paupertas, & obedientia vouetur in seculo, cum difficillimè in eo seruari possint; & quauis castitas promitti soleat in seculo, at non sola promittitur in hoc euentu, sed vnà cum paupertate, & obedientia: quare videtur promissa eo modo, quo paupertas, & obedientia. Præterea, quia communis promittentium hæc est sua deuotione in religione mens est, dum in religione perseverant; & ita à communiter accidentibus hæc mens in dubio præsumitur.

Nec iniustitia aliqua in hoc reperitur; quod aperte constat, cum Sedes Apostolica, & Trident. sess. 25. de regularib. cap. 1. hoc Societatis institutum approbauerint ac proinde in re maxime ad mores spectante errassent, si iniustitia in his votis inueniretur. Ratio autem cur iniustitia non inueniatur, ea est, quia scienti, & volenti iniuria irrogari nequit, regul. scienti de regulis iur. in 6. at emittentes prædicta vota, norunt eam conditionem; nam ipsi tradunt antea legendum totum Societatis institutum, & biennio probationis considerandum, vt habetur in consilio. in examine. cap. 1. §. 1. 3. i. p. consil. c. 4. §. 5. & specialiter hic punctus eius proponitur, vt habetur in examine. cap. 6. §. 8. & lit. A. Quare cum liberè eam scientes conditionem admittant, nulla est iniuria, eo vel maxime quod quilibet vota priuare vilitari valeat renuntiare. cap. ad Apostol. de regul. Deinde, quia in multis contractibus ea inæqualitas reperitur, iure sic ex iustis causis disponente, vt si pubes sponsalia cum impubere contrahat, pubes nunquam resiliere potest; id autem licet impuberi cum primùm pubertatem adeptus fuerit, vt constat ex cap. de illis. i. vers. mulier, de desponsat. impuberum. Similiter si maior cum minore contractum inear absque tutoris autoritate, soli minori reclamare permittitur est. I. non eo minus. C. de procurat. & minor cum maiori contrahens beneficio restitutionis adiuuari potest, quo tamen maior caret. Si ergo fauore minoris ætatis, & ob causas leuioris momenti potest iure hæc inæqualitas constitui, & cuidam parti libertas recedendi à contractu concedi, ea denegata alteri, cur eadem inæqualitas constitui non poterit fauore religionis ob causas maximi momenti, quales sunt, ne religio, quæ magnis, & difficilibus Ecclesie ministerijs dicatur, patiatur detrimentum retentis in ea personis, quæ scandalo sint, & bonum eius nomen obsecant? Deinde, quia hæc ratione religiosi hi facilius in officio suo continere possunt, nudenturque progressus in virtutibus facere, dum vident seculi facientes posse dimittere. Præterea, quia in aliarum quoque religionum professis similis inæqualitas in contractu per professionem emisso reperitur. Nam ipsi nunquam possunt resiliere; at religio potest ipsos, si contumaces, incorrigibilesque sint, expellere; immo aliquo modo maior inæqualitas reperitur; nam hi expulsi à Societate manent omnino à votorum obligatione liberi, & penitus sui iuris, ac si nunquam vouissent; at professi cuiuscunque religionis, quantumuis expulsi, manent votis ligati, cum tamen religio non teneatur eos alere, ac eos tanquam membra putrida expulserit. Tandem, quia licet tali vouenti non obligetur Societas ex ratione votorum, obligatur tam ex ius constitutionibus ad illum retinendum, neque dimittere valet, nisi iusta de causa, vt dicemus n. 66. quæ obligatio fortissima est, & multo facilius est particularem à debito deficere, quam Generalem Societatis, cui soli ius expellendi competit. Et hinc soluitur obiectio posita n. 60. in argumento. Ad primum & 3. constat ex dictis n. 61. & 62. suppositione 1. & 2.

Secunda difficultas est, an religiosi Societatis solis beneficij votis, aut coadiutorum formatorum stricti, aut votis nouitatus tempore emisissis iuxta formam Societatis, qui prauis suis moribus data opera repulsum à religione

O procu

Explicatur qualiter ea vota sint perpetua ex parte vouentis, non verò ex parte Societatis, & quomodo ab ipsa acceptentur, & qua differentia sit inter ipsa, & professionem. n. 61. Hæc vota sunt conditionalia secundum quid, & si expulsi à Societate manent omnino à votis liberi. n. 62. Quid si non sint emissa iuxta formam Societatis, vel in dubio, an sic emissa sint? n. 63. An in his votis sit aliqua iniustitia, eo quod ex parte emittentium sint perpetua, non autem ex parte Societatis? n. 64. An si data opera repulsum à religione proceperit prauis suis moribus, liberentur votorum obligatio? n. 65. Explicatur sententia auctoris. n. 66. Quid de eo, qui sibi falsa imposuit, vt expulsionem extorqueret? n. 67. An si hic emiseraat votum recitandi, dum in Societate permaneret, teneatur expulsus fraudibus prædictis ad has preces? n. 68. An qui post vota biennij, aut tempore nouitatus emissa commisit culpas sufficientes dimissionis, quamuis ex se non essent veniales, peccet mortaliter? n. 69. An qui post ea vota petunt dimitti, peccent lethaliter? n. 70. An dimissi teneantur aliquid Societatis restituere? n. 71. Quid si data opera vt à religione expellerentur? n. 72. An possint eiectionis compelli ingredi aliam religionem remissimè? n. 73. An professi à Societate eiectionis teneantur ad speciale obedientiam votum, quod emiserunt, vel ad alia simplicia post professionem emisserunt referuntur quadam sententia. n. 74. Explicatur sententia auctoris. n. 75.

Q V A E S T I O vltima de iure quod habet Societas 60 IESV ad expellendos religiosos, & de actione ipsorum, si iniustè expellantur, & qualiter votis obligati manent; quæ questio propositis aliquibus difficultatibus dissoluetur. Et vt distinctè procedamus, prius agemus de expulsi post vota simplicia biennij aut coadiutorum formatorum à Societate, & deinde de expulsi post solemnem professionem. Prima igitur difficultas est, qualiter possit Societas absque iniustitia labe expellere eos, qui sola simplicia biennij, aut coadiutorum formatorum vota emisere, & an illi per dimissionem liberentur profus votorum obligatione: Videtur enim repugnare Societatem liberam esse ad hos expellendos, hos autem carere libertate ex eundem, quod in horum votorum emissionem quidam contractus inearitur; neque enim soli Deo, sed etiam Societati sunt, ipsaque Societas ea acceptat, aliàs nullam iurisdictionem in eos acquireret: ergo sicut hi non possunt liberè exire, ita nec Societas potest eos liberè dimittere. Secundo, quia videtur iniustitia in eo contractu; nam ad iustitiam contractus maxime desideratur æqualitas contrahentium, & ea deficit in his votis, cum obligatio promittentis sit omnino perpetua, non autem obligatio Societatis ea vota acceptantis. Tertio, quia triplex est modus solutionis votorum, nempe, dispensatio, irritatio, vel commutatio; at expulsi nullo ex his modis soluentur votis. Non enim ea vota vt ipote religioni substantialia, subsunt potestati irritandi, aut dispensandi superiorum religionis, eo vel maxime quod sint vota religionis & castitatis, quorum dispensatio Pontifici referuatur: neque etiam in aliquid aliud commutantur, quod eiectionis faceret teneantur; nec possunt etiam commutari, nisi per solum Pontificem.

Pro huius intelligentia suppono, latum esse discrimen inter vota castitatis, paupertatis, & obedientie emissa in Societate IESV in solemni professione, & eadem vota simplicia emissa post biennium probationis, vel à coadiutoribus temporalibus, vel spiritibus formatis, quod in illis est reciproca obligatio inter religionem, & professum, ita vt sicut professus non potest à religione recedere, ita nec Societas eum expellere, nisi in calu grauissimo, & si alias illum expelleret, peccaret contra iustitiam, teneaturque eum recipere, vt de profes-

Procurant, tuti maneant? Et videntur tuti manere, quia 2. parte confit. cap. 4. §. 6. dicitur, recedentem sponte sua à Societate, esse dimittentem, si redeat ad Societatem absque sufficientibus penitentibus signis, & vera perseverandi voluntate; & paulo antè cap. 1. §. 4. dictum fuerat, causam dimittendi è Societate esse, si quis nequeat, vel nolit proprium suum iudicium infringere. Ecce igitur censetur legitime dimissus à Societate, qui intendens directè fugere à Societate discedit, & qui non vult infringere suum iudicium, cum tamen in dicto cap. 4. §. 4. dictum sit, eiusmodi homines liberos manere à votis post dimissionem; & Pontifices, qui Societatis institutum approbarunt, eo ipso concessere hanc facultatem relaxandi, in quantum opus est ad omnes scrupulos auferendos. Item, quia p. 3. cap. 4. lit. B. dicitur esse Societatis eos dimittere, quod si acciderit, eos manere Societas iure dimittit, manet alter verè liber. At in hoc casu propter illius defectus iure Societas dimittit. Item, quia dimissio est actus præcisè se tenens ex parte dimittentis, nullatenus ad id requisitò præcisè & ex natura rei concursu dimissi, nisi per modum obiecti circa quod est dimissio. Ergo dimissio, quæ est iusta, & legitima ex parte dimittentis, & veritatis circa hominem dimissione dignam, est simpliciter, & absolute legitima; & sic simpliciter votorum obligatione liberat.

66 At credo eos non liberari votorum obligatione, sed teneri ad impedimentum per malitiam apposita auferenda, & ad se offerendum religioni ad eius ingressum, si superiores eum admittere velint; quod satis constat ex his, quæ diximus lib. 4. cap. 13. num. 47. ubi ex communi Doctorum sententia probauimus non liberari voti conditionalis obligatione, qui data opera nititur conditionem non impleri, vt liber euadat; sicut etiam qui promissit Xenodochio ministrare, non satisfaciatur voto, si data opera malè seruens, resque illius dispendens, dimissionem extorserit. Secundo, quia non minus hic obligatur ad religionem ex parte sua, quam si absolute, & absque ea conditione vouerit. Condicio enim illa non adiciatur ad maiorem ipsius uolentis libertatem, sed vt religioni liberum sit ipsum dimittere, si ineptus ipsi videatur. At si nulla conditione id votum emissum esset, hic liber non maneret: ergo nec ea conditione adiecta, cum non minus ea apposita astringatur, quam non apposita. Tertio, quia nulla condonatio fraudibus, & iniuriis extorta liberat extorquentem, sed tenetur rem in pristinum statum reuocare. Cum ergo illa votorum remissio per repulsum à Societate, non sit libera, sed fraudibus extorta, non liberabit expulsum, donec mutatis moribus, veritate detecta nitatur iterum admitti. Nec obstant in contrarium adducta, quia ea constitutionum loca tantum probant Societati integrum esse ob eas causas rebelles illos dimittere; at non probant eos manere liberos; quippe non liberantur nisi quando ex parte Societatis expulsio est voluntaria, qualis non est in hoc casu, sed per malitiam extorta. Atque ita decreuit Congregatio Generalis decreto 18. §. 4. cuius verba num. 27. referemus, ubi eadem in istos statuit, quæ in eos, qui factis causis dimissionem extorquent, de quibus agemus eodem num. 71. Nec obstat etiam secunda ratio, quia licet dimissio illa se teneat ex parte dimittentis; at cum debeat esse voluntaria, oportet vt sit legitima, ne dimissus extorqueat illam per malitiam, & fraudes. Et ita docet Leonardus lib. 2. de iust. cap. 40. dub. 15. in num. 118. vsque ad 171. & pro hac parte sunt Doctores quos allegauimus lib. 4. cap. 21. num. 47. dicentes, votum conditionale minimè deobligare, quando culpa uolentis non impletur conditio. Et pro hac etiam parte est quod diximus lib. 4. cap. 16. num. 108. ubi diximus non satisfacere voto ingrediendi religionem qui deliquit in eum finem ne admitteretur, aut vt admittus excluderetur. Quando autè ille adhibita sufficienti di-

ligentia, fraudèque detecta non admittetur, sed repulsum in perpetuum pateretur, credo eum manere à votis liberum, quia iam per ipsum non stat; consultò autem dixi, detecta veritate, quæ detegere teneretur, si id opus esset ad nouam admissionem, quia ea non detecta existimare possent superiores vitia priora non ex industria, sed ex præuis affectibus, & ex mala indole ortum habuisse, & ita iudicare illum Societatis ineptum, & ideo non admittendum. Sed dices, vt hic liber euadat opus est adesse legitimam dimissionem; at præcedens non fuit talis, vt pote quæ fraudibus extorta est, nec præsens est legitima, quia Provincialis modò non admittens, caret potestate expellendi post biennij vota. Sed responderit, quamuis careat potestate dimittendi; at ubi quis semel est dimissus à Patre nostro Generali, habet potestatem non admittendi iterum, & sic ratam habendi priorem dimissionem, quando denuo admittere non expedire iudicauerit.

Atque idem censendum est de eo qui sibi falsa ali- 67 qua imposuit, vt expulsiorem extorqueret, vt graues lapsus Veneros, quia similiter dimissio hæc est inuoluntaria, vt pote quæ fraudibus extorta est. Atque ita decreuit Congregatio Generalis decreto 18. §. 4. hos nullo modo tutos in conscientia esse, & huiusmodi expulsiorem in foro conscientia fore irritam, eoque in eodem foro omnibus subiacere apostatarum censuris, ac penis; & si hoc in exteriori foro confiteretur, posse superiores contra eos agere tanquam contra veros apostatas, iuxta Societatis priuilegia, & sacrorum canonum dispositionem.

Sed quid si hic emiserat votum recitandi quotidie, 68 dum in Societate permaneret, an expulsus fraudibus prædictis maneat ad preces illas fundendas astrictus? Leonard. lib. 2. de iust. cap. 40. fin. questionem hanc tractat, & dicit probabile esse hunc non teneri immediate, quia mens ipsius videtur esse non se obligare, nisi dum in monasterio maneat: at teneri mediè, quippe tenetur iteratam admissionem procurare; & admittus tenebitur vt prioris voti. At probabilius aut hunc manere obligatum: quia conditio sub qua promittit, non cessauit eo modo, quo debuit, quod mens uolentis fuerit se obligare quandiu superior ipsum sponte retinere vellet. At posterior hæc pars omnino mihi placet, & est dictis conformis: quia sensus illius voti est, quandiu religiosus Societatis fuero. Et ita si ille à Societate fugerit, nullus dubitaret illum eo recitandi voto teneri, quia cum nõdum expulsus sit, manet religiosus Societatis. At hæc dimissio fraudibus extorta eum non liberat votis, sed adhuc manet religiosus Societatis, vt probauimus num. 70. ergo adhuc manet eo voto ligatus.

Quarta difficultas est, an lethaliter peccet qui post 69 ea biennij vota, aut etiam tempore nouitatus emissã, committit culpas sufficientes dimissioni ex Societate, quamuis ex se illa non essent nisi veniales, nec dimitti intendat, vt si frequenter regulas ad nullam culpam obligantes transgrediat, vt si nollet orare temporibus præscriptis, ingrediereturque omnium cubicula, & similia efficeret, & quid quando non commissis his culpis petit admitti? Sit prima conclusio. Quando sius post vota biennij, siue nouitatus ex fragilitate, aut vehementi passione in eas culpas incidere, at mediocriter adhiberet diligentiam ad eas cauendas, non peccaret mortaliter, secus quando ex graui negligentia, & aduerteret se ad repulsum è Societate disponi; tunc enim peccaret mortaliter contra perpeniam in Societate perseverantiam iis votis promissam. Probatur prior pars, quia promittens aliquid non se obligat ad media adhibenda, vt id impletur cum omni conatu possibili, sed tantum cum mediocri, iuxta rei promissæ difficultatem. Probatur posterior pars ex dictis c. 4. num. 18. ubi consuetudinem hanc esse lethalem probauimus. Item, quia uolens aliquid censetur indirectè se obligare ad media

necesse

necessaria mediocri diligentia apposita ad id explendum; & hæc ratioe probauimus libro 4. cap. 16. num. 61. uolentem religionem scientem esse opus discere Grammaticam, vt admittatur, obligari consequenter ad eam addiscendam. Cùm ergo ad perseverantiam in religione, quæ per ea vota biennij, aut quæ tempore nouitatus emittitur, promittitur (eadem enim profusus est formula uolendi, vt diximus num. 62.) desideretur niti vitare hæc culpas, ac se corrigere, qui non adhibet ad id mediocrem diligentiam, peccabit mortaliter contra perseverantiam iis votis promissam. Secundo, quia reus est culpæ lethalis qui se impotentem reddit ad votum explendum, vt qui post religionis votum iniret, consummarèque matrimonium, quo consummato iam nequit ad religionem migrare. Ergo similiter peccabit qui tales culpas non vitat, cum similiter impotentem se reddat, vt in religione promissæ perseveret. Tandem, quia uolens religionem, & illam ingrediens, tenetur vt voto satisfaciatur, experiri bona fide, & mediocriter adhibere diligentiam, vt in ea perseveret, vt probauimus lib. 4. cap. 16. num. 89. & sequenti. nedum ad id tenebitur qui promittit per ea vota in Societate perseverare.

70 Secunda conclusio sit. Qui post ea biennij vota, aut nouitatorum petunt à Societate dimitti, humiliter significata sua tentatione, aut difficultate ad perseverandum, & ad se instituto Societatis accommodandum, ac proponentes se vincere, mediocriterque adhibere diligentiam ad perseverandum nisi dimittantur, non peccant; scilicet autem si tenaciter petant non habentes eum animum acquiescendi, & procurandi mediocriter perseverantiam, si iudicet superior eos non dimittendos; tunc enim peccabunt mortaliter. Constat, quia proponens Pontifici causas, vt secum dispenset in voto castitatis, si proponat Pontifice non dispensante, niti ad votum implendum, non peccat vitæque, quia mediis licitis curat se voti obligatione liberari. At non euaderet culpam mortalem, qui ita tenaciter peteret, vt paratus non esset ad mediocrem diligentiam adhibendam, vt votum seruet, Pontifice non dispensante, aut si sua tenacitate, & rebellionè quasi cogeret Pontificem, vt secum dispenset. Ergo idem dicendum est de petentibus votorum Societatis obligationem liberari per legitimam ab ea dimissionem; cum hic quoque soluende eius obligationis modus sit licitus.

71 Quinta difficultas est, an dimissus ex Societate post vota biennij ob culpas, quas non curarunt mediocri diligentia vitare, teneantur aliquid Societati restituere? Videntur teneri, supposito hoc, peccare lethaliter contra vota, vt probauimus numero 73. quia per hæc vota traditi sunt religioni, vt decidit Greg. XIII. in sua extrauag. ascendente; at culpabiliter subtrahens rem alteri traditam, tenetur restituere, cum traditio conferat dominium rei, & eius proprium: sed hi culpabiliter subtrahunt seipos religioni, ergo tenentur restituere. Sed verius est non teneri; & præxi ita receptum est, quia ex vi votorum non tenentur, vt pote quod omnino cessant per dimissionem legitimam, vt diximus numero 62. neque etiam ex lege iustitiæ, quia religio nec per ea vota, nec per solemnem professionem acquirit ius iustitiæ in personam. Non enim per professionem se obligat religiosus suo monasterio ex iustitia, sicut seruus domino; sed ex solo obedientia voto, quod est actus religionis. Neque obstat argumentum de traditione, quia id verum habet, quando traditio est in bonum alterius, cui res traditur, & producit obligationem iustitiæ. At in prædicti religiosus non prohetur in religionis bonum, sed ad suum spirituale in virtutibus progredium; nec religio acquirit ius iustitiæ, sed obedientiæ. Et ita Doctores in tractatu de restitu. communiter tradunt, suadentia professo vt fugiat nulla vi, aut fraude illata, non teneri aliquid reli-

Summe Th. Sanchez pars 111.

gioni restituere, quasi non peccarit contra iustitiam; sed contra votum obedientiæ, quo professus ille persecutatus tenebatur.

Quare etiam data opera Societatis religiosi cascul- 72 pas admitterent, vt ex religione expellerentur, non tenerentur religioni aliquid restituere, quia non delinquent contra iustitiam, sed contra sola uoluntaria autem ratione tenebuntur redire, quia, vt diximus num. 70. non euadunt à voto perseverandi in religione liberi.

Sexta difficultas est, an possit Generalis Societatis 73 Iesus obligare ciechos, siue nouitios votis ligatos, siue eos, qui vota biennij, emiserunt, aut professionem, vt transeant ad aliam religionem, & si ab ea recedant, quid facere teneantur? Sed de hoc diximus supra num. 43.

Vltima difficultas est, an professi quatuor votorum 74 ciechi in perpetuum à Societate teneantur ad votum solemne obedientiæ Pontifici circa missiones, quod in sua professione emittunt, & tam illi, quam reliqui eiusdem professi ad vota simplicia, quæ post professionem emittunt? Gabriel Vazquez 1. 2. quest. 96. art. 4. disput. 165. cap. 8. num. 91. & 92. ait per expulsiorem à Societate cessare eorum votorum obligationem.

At id non credo, quia etsi in fine eorum votorum 75 addatur, omnia intelligi iuxta constitutiones Societatis Iesus; at nullibi habetur in eius constitutionibus professos expulsos liberari eorum votorum obligatione. Nec Gregor. XIII. in sua extrauag. ascendente, ubi latissime, & ad vnguem Societatis Iesu institutum explicuit, eam liberationem declarauit, sicut declarauit, & declarant constitutiones, ciechos post vota biennij, & coadiutorum formatorum liberos omnino à votis euadere. Adde idem dici in professione solemni, cuius perpetuitatem non tollit id additum, eo quod nihil contra eius perpetuitatem in constitutionibus continetur; sed id additum refertur ad modum, quo ea vota obseruanda sunt, qui in constitutionibus declaratur. Sicut dum alij religiosi uolent tria vota, adduntque, iuxta talem regulam, illud additum nullam conditionem importat, sed modum obligationis eorum votorum. Et confirmatur, quia si professus hic expulsus admittetur iterum, non indigeret noua horum votorum emissionem, sicut nec noua professione. Quare ea vota sunt solum suspensa, nec obligant dum ille extra Societatem est. Atque idem intelligit de solemni obedientiæ Pontifici voto; idem enim est annexum statui Societatis, cuiusque professioni: non enim professus ille se obligat ad sic obediendum cundo inter infideles instar clerici secularis, sed tanquam membrum corporis Societatis Iesus. Quare dum repulsum est membrum sesecatum, suspensa est eius obligatio. Et hanc partem probant rationes, quas adduximus in professis aliarum religionum num. 56.

CAPVT X.

Qualiter nouitij subiiciantur præceptis regularum, & superiorum, ab ipsisque puniri valeant.

SVMMARIVM.

- Si nouitius restitire uelut non tenetur ad regulas, vel superiorum præcepta. n. 1.
- Explicatur, quando tenentur ad expensas, quando scilicet animo ingressus est. n. 2.
- An tenentur, quando recto animo ingressus est, & restititrefertur quadam sententia. n. 3.
- Explicatur sententia auctoris. n. 4. & 5.
- An nouitij uolentes perseverare obligentur præceptis regule, & superiorum referuntur quadam sententia. n. 6.
- Explicatur sententia auctoris. n. 7.